

# AMTSBLATT

## FÜR DIE ERZDIOZESE FREIBURG

Stück 18

Freiburg im Breisgau, 31. Juli 1965

1965

ZWEITES VATIKANISCHES KONZIL

# Konstitution und Dekrete der dritten Session

*Lateinisch-deutsche Ausgabe*

DOGMATISCHE KONSTITUTION ÜBER DIE KIRCHE

DEKRET ÜBER DIE KATHOLISCHEN OSTKIRCHEN

DEKRET ÜBER DEN ÖKUMENISMUS

Authentischer lateinischer Text aus den „Acta Apostolicae Sedis“ vom 30. Januar 1963

Deutsche Übersetzung besorgt im Auftrag der deutschen Bischöfe

CONSTITUTIO  
DOGMATICA  
DE ECCLESIA

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI  
UNA CUM SACROSANCTI CONCILII  
PATRIBUS AD PERPETUAM  
REI MEMORIAM

CAPUT I

De Ecclesiae Mysterio

1. Lumen gentium cum sit Christus, haec Sacrosancta Synodus, in Spiritu Sancto congregata, omnes homines claritate Eius, super faciem Ecclesiae resplendente, illuminare vehementer exoptat, omni creaturae Evangelium annuntiando (cf. Marc. 16, 15). Cum autem Ecclesia sit in Christo veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis, naturam missionemque suam universalem, praecedentium Conciliorum argumento instans, pressius fidelibus suis et mundo universo declarare intendit. Condiciones huius temporis huic Ecclesiae officio urgentiorem vim addunt, ut nempe homines cuncti, variis hodie vinculis socialibus, technicis, culturalibus arctius coniuncti, plenam etiam unitatem in Christo consequantur.

2. Aeternus Pater, liberrimo et arcano sapientiae ac bonitatis suae consilio, mundum universum creavit, homines ad participandam vitam divinam elevare decrevit, eosque lapsos in Adamo non dereliquit, semper eis auxilia ad salutem praebens, intuitu Christi, Redemptoris, «qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae» (Col. 1, 15). Omnes autem electos Pater ante saecula «praescivit et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit Ipse primogenitus in multis fratribus» (Rom. 8, 29). Credentes autem in Christum convocare statuit in sancta Ecclesia, quae iam ab origine mundi praefigurata, in historia populi Israel ac foedere antiquo mirabiliter praeparata<sup>1</sup>, in novissimis temporibus constituta, effuso Spiritu est manifestata, et in fine

<sup>1</sup> Cf. S. Cyprianus, Epist. 64, 4: PL 3, 1017; CSEL (Hartel), III B, p. 720. S. Hilarius Pict., In Matth. 23, 6: PL 9, 1047. S. Augustinus, passim. S. Cyrillus Alex., Glaph. in Gen. 2, 10: PG 69, 110 A.

DOGMATISCHE  
KONSTITUTION  
ÜBER DIE KIRCHE

PAULUS BISCHOF

DIENER DER DIENER GOTTES  
ZUSAMMEN MIT DEN VÄTERN DES  
HEILIGEN KONZILS  
ZUR FORTWAHRENDEN ERINNERUNG

ERSTES KAPITEL

Das Mysterium der Kirche

1. Christus ist das Licht der Völker. Darum ist es der dringende Wunsch dieser im Heiligen Geist versammelten Heiligen Synode, alle Menschen durch seine Herrlichkeit, die auf dem Antlitz der Kirche widerscheint, zu erleuchten, indem sie das Evangelium allen Geschöpfen verkündet (vgl. Mk 16, 15). Die Kirche ist nämlich in Christus gleichsam das Sakrament, das heißt Zeichen und Werkzeug für die innerste Vereinigung mit Gott wie für die Einheit der ganzen Menschheit. Deshalb möchte dieses Konzil das Thema der vorausgehenden Konzilien fortführen und Wesen und universale Sendung der Kirche den Gläubigen und aller Welt eingehender erklären. Die gegenwärtigen Zeitverhältnisse geben dieser Aufgabe der Kirche eine besondere Dringlichkeit, geht es doch darum, daß alle Menschen, die heute durch vielfältige soziale, technische und kulturelle Bande einander immer enger verbunden werden, auch ihre volle Einheit in Christus erlangen.

2. Der ewige Vater hat die ganze Welt nach dem völlig freien, verborgenen Ratschluß seiner Weisheit und Güte erschaffen. Er hat auch beschlossen, die Menschen zur Teilhabe an seinem eigenen göttlichen Leben zu erheben. Und als sie in Adam gefallen waren, verließ er sie nicht, sondern gewährte ihnen jederzeit Hilfen zum Heil um Christi, des Erlösers, willen, „der das Bild des unsichtbaren Gottes ist, der Erstgeborene aller Schöpfung“ (Kol 1, 15). Alle Erwählten aber hat der Vater vor aller Zeit „vorhergekant und vorherbestimmt, gleichförmig zu werden dem Bild seines Sohnes, auf daß dieser der Erstgeborene sei unter vielen Brüdern“ (Röm 8, 29). Die aber an Christus glauben, beschloß er in der heiligen Kirche zusammenzurufen. Diese begann sich schon seit dem Anfang der Welt abzuzeichnen; in der Geschichte des Volkes Israel und im Alten Bund wurde sie auf wunderbare Weise

saeculorum gloriose consummabitur. Tunc autem, sicut apud sanctos Patres legitur, omnes iusti inde ab Adam, «ab Abel iusto usque ad ultimum electum»<sup>2</sup> in Ecclesia universali apud Patrem congregabuntur.

3. Venit igitur Filius, missus a Patre, qui nos in Eo ante mundi constitutionem elegit ac in adoptionem filiorum praedestinavit, quia in Eo omnia instaurare sibi complacuit (cf. Eph. 1, 4—5 et 10). Christus ideo, ut voluntatem Patris impleret, regnum caelorum in terris inauguravit nobisque Eius mysterium revelavit, atque oboedientia sua redemptionem effecit. Ecclesia, seu regnum Christi iam praesens in mysterio, ex virtute Dei in mundo visibiliter crescit. Quod exordium et incrementum significantur sanguine et aqua ex aperto latere Iesu crucifixi exeuntibus (cf. Io. 19, 34), ac praenuntiantur verbis Domini de morte sua in cruce: «Et Ego, si exaltatus fuero a terra, omnes traham ad Meipsum» (Io. 12, 32 gr.). Quoties sacrificium crucis, quo «Pascha nostrum immolatus est Christus» (1 Kor. 5, 7), in altari celebratur, opus nostrae redemptionis exercetur. Simul sacramento panis eucharistici repraesentatur et efficitur unitas fidelium, qui unum corpus in Christo constituunt (cf. 1 Kor. 10, 17). Omnes homines ad hanc vocantur unionem cum Christo, qui est lux mundi, a quo procedimus, per quem vivimus, ad quem tendimus.

4. Opere autem consummato, quod Pater Filio commisit in terra faciendum (cf. Io. 17, 4), missus est Spiritus Sanctus die Pentecostes, ut Ecclesiam iugiter sanctificaret, atque ita credentes per Christum in uno Spiritu accessum haberent ad Patrem (cf. Eph. 2, 18). Ipse est Spiritus vitae seu fons aquae salientis in vitam aeternam (cf. Io. 4, 14; 7, 38—39), per quem Pater homines, peccato mortuos, vivificat, donec eorum mortalia corpora in Christo resuscitet (cf. Rom. 8, 10—11). Spiritus in Ecclesia et in cordibus fidelium tamquam in templo habitat (cf. 1 Kor. 3, 16; 6, 19), in eisque orat et testimonium adoptionis filiorum reddit (cf. Gal. 4, 6; Rom. 8, 15—16 et 26). Ecclesiam, quam in omnem veritatem inducit (cf. Io. 16, 13) et in communionem et

vorbereitet<sup>1</sup>, in den letzten Zeiten gestiftet, durch die Ausgießung des Heiligen Geistes offenbart, und am Ende der Welt wird sie in Herrlichkeit vollendet werden. Dann werden, wie bei den heiligen Vätern zu lesen ist, alle Gerechten von Adam an, „von dem gerechten Abel bis zum letzten Erwählten“<sup>2</sup> in der universalen Kirche beim Vater versammelt werden.

3. Es kam also der Sohn, gesandt vom Vater, der uns in ihm vor Grundlegung der Welt erwählt und zur Sohnesannahme vorherbestimmt hat, weil es ihm gefallen hat, in Christus alles zu erneuern (vgl. Eph 1, 4—5 u. 10). Um den Willen des Vaters zu erfüllen, hat Christus das Reich der Himmel auf Erden begründet, uns sein Geheimnis offenbart und durch seinen Gehorsam die Erlösung gewirkt. Die Kirche, das heißt das im Mysterium schon gegenwärtige Reich Christi, wächst durch die Kraft Gottes sichtbar in der Welt. Dieser Anfang und dieses Wachstum wiederum werden zeichenhaft angedeutet durch Blut und Wasser, die der geöffneten Seite des gekreuzigten Jesus entströmten (vgl. Jo 19, 34), und vorherverkündet durch die Worte des Herrn über seinen Tod am Kreuz: „Und ich, wenn ich von der Erde erhöht bin, werde alle an mich ziehen“ (Jo 12, 32). Sooft das Kreuzesopfer, in dem unser Osterlamm Christus geschlachtet worden ist (1 Kor 5, 7), auf dem Altar gefeiert wird, vollzieht sich das Werk unserer Erlösung. Zugleich wird durch das Sakrament des eucharistischen Brotes die Einheit der Gläubigen, die einen Leib in Christus bilden, dargestellt und verwirklicht (1 Kor 10, 17). Alle Menschen werden zu dieser Einheit mit Christus gerufen, der das Licht der Welt ist: Von ihm kommen wir, durch ihn leben wir, zu ihm streben wir hin.

4. Als das Werk vollendet war, das der Vater dem Sohn auf Erden zu tun aufgetragen hatte (vgl. Jo 17, 4), ward am Pfingsttag der Heilige Geist gesandt, auf daß er die Kirche immerfort heilige und die Gläubigen so durch Christus in einem Geiste Zugang hätten zum Vater (vgl. Eph 2, 18). Er ist der Geist des Lebens, die Quelle des Wassers, das zu ewigem Leben aufsprudelt (vgl. Jo 4, 14; 7, 38 bis 39); durch ihn macht der Vater die von der Sünde ertöteten Menschen lebendig, um endlich ihre sterblichen Leiber in Christus aufzuerwecken (vgl. Röm 8, 10—11). Der Geist wohnt in der Kirche und in

<sup>1</sup> Vgl. Cyprian, Epist. 64, 4: PL 3, 1017; CSEL (Hartel), III B, 720. Hilarius v. Poitiers, In Mt. 23, 6: PL 9, 1047. Augustinus, passim. Cyrill v. Alex., Glaph. in Gen. 2, 10: PG 69, 110 A.

<sup>2</sup> Vgl. Gregor d. Gr., Hom. in Evang. 19, 1: PL 76, 1154 B. Augustinus, Serm. 341, 9, 11: PL 39, 1499 f. Johannes v. Damaskus, Adv. Iconocl. 11: PG 96, 1357.

<sup>2</sup> Cf. S. Gregorius M., Hom. in Evang. 19, 1: PL 76, 1154 B. S. Augustinus, Serm. 341, 9, 11: PL 39, 1499 s. S. Io. Damascenus, Adv. Iconocl. 11: PG 96, 1357.

ministracione unificat, diversis donis hierarchicis et charismaticis instruit ac dirigit, et fructibus suis adornat (cf. Eph. 4, 11—12; 1 Cor. 12, 4; Gal. 5, 22). Virtute Evangelii iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit<sup>3</sup>. Nam Spiritus et Sponsa ad Dominum Iesum dicunt «Veni!» (cf. Apoc. 22, 17).

Sic apparet universa Ecclesia sicuti «de unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti plebs adunata»<sup>4</sup>.

5. Ecclesiae sanctae mysterium in eiusdem fundatione manifestatur. Dominus enim Iesus Ecclesiae suae initium fecit praedicando faustum nuntium, adventum scilicet Regni Dei a saeculis in Scripturis promissi: «Quoniam impletum est tempus, et appropinquavit Regnum Dei» (Marc. 1, 15; cf. Matth. 4, 17). Hoc vero Regnum in verbo, operibus et praesentia Christi hominibus elucescit. Verbum nempe Domini comparatur semini, quod in agro seminatur (Marc. 4, 14): qui illud cum fide audiunt et Christi pusillo gregi (Luc. 12, 32) adnumerantur, Regnum ipsum susceperunt; propria dein virtute semen germinat et increscit usque ad tempus messis (cf. Marc. 4, 26—29). Miracula etiam Iesu Regnum iam in terris pervenisse comprobant: «Si in digito Dei eiicio daemona, profecto pervenit in vos Regnum Dei» (Luc. 11, 20; cf. Matth. 12, 28). Ante omnia tamen Regnum manifestatur in ipsa Persona Christi, Filii Dei et Filii hominis, qui venit «ut ministraret, et daret animam suam redemptionem pro multis» (Marc. 10, 45).

Cum autem Iesus, mortem crucis pro hominibus passus, resurrexerit, tamquam Dominus et Christus Sacerdosque in aeternum constitutus apparuit (cf. Act. 2, 36; Hebr. 5, 6; 7, 17—21), atque Spiritum a Patre promissum in discipulos suos effudit (cf. Act. 2, 33). Unde Ecclesia, donis sui Fundatoris instructa fideliterque eiusdem praecepta caritatis, humilitatis et abnegationis servans, missionem accipit

den Herzen der Gläubigen wie in einem Tempel (vgl. 1 Kor 3, 16; 6, 19), er betet in ihnen und legt Zeugnis ab für die Annahme an Kindesstatt (vgl. Gal 4, 6; Röm 8, 15—16 u. 26). Er führt die Kirche in alle Wahrheit ein (vgl. Jo 16, 13), eint sie in Gemeinschaft und Dienstleistung, ordnet und lenkt sie durch die verschiedenen hierarchischen und charismatischen Gaben und schmückt sie mit seinen Früchten (vgl. Eph 4, 11—12; 1 Kor 12, 4; Gal 5, 22). Durch die Kraft des Evangeliums läßt er die Kirche allzeit sich verjüngen, erneuert sie immerfort und geleitet sie zur vollkommenen Vereinigung mit ihrem Bräutigam<sup>3</sup>. Denn der Geist und die Braut sagen zum Herrn Jesus: „Komm!“ (vgl. Apk 22, 17).

So erscheint die ganze Kirche als „das von der Einheit des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes her geeinte Volk“<sup>4</sup>.

5. Das Geheimnis der heiligen Kirche wird in ihrer Gründung offenbar. Denn der Herr Jesus machte den Anfang seiner Kirche, indem er frohe Botschaft verkündigte, die Ankunft nämlich des Reiches Gottes, das von Urzeiten her in den Schriften verheißen war: „Erfüllt ist die Zeit, und genaht hat sich das Reich Gottes“ (Mk 1, 15; vgl. Mt 4, 17). Dieses Reich aber leuchtet im Wort, im Werk und in der Gegenwart Christi den Menschen auf. Denn das Wort des Herrn ist gleich einem Samen, der auf dem Acker gesät wird (Mk 4, 14): die es im Glauben hören und der kleinen Herde Christi (Lk 12, 32) beigezählt werden, haben das Reich selbst angenommen; aus eigener Kraft sproßt dann der Same und wächst bis zur Zeit der Ernte (vgl. Mk 4, 26—29). Auch die Wunder Jesu erweisen, daß das Reich schon auf Erden angekommen ist: „Wenn ich im Finger Gottes die Dämonen austreibe, ist wahrlich das Reich Gottes zu euch gekommen“ (Lk 11, 20; vgl. Mt 12, 28). Vor allem aber wird dieses Reich offenbar in der Person Christi selbst, des Gottes- und Menschensohnes, der gekommen ist, „um zu dienen und sein Leben hinzugeben als Lösegeld für die Vielen“ (Mk 10, 45).

Als aber Jesus nach seinem für die Menschen erlittenen Kreuzestod auferstanden war, ist er als der zum Herrn, zum Gesalbten und zum Priester auf immerdar Bestellte erschienen (vgl. Apg 2, 36; Hebr 5, 6; 7, 17—21) und hat den vom Vater verheißenen Geist auf die Jünger ausgegossen (vgl. Apg 2, 33). Von daher empfängt die Kirche, die mit den Gaben ihres Stifters ausgestattet ist und seine Ge-

<sup>3</sup> Cf. S. Irenaeus, Adv. Haer. III, 24, 1: PG 7, 966 B; Harvey 2, 131; ed. Sagnard, Sources Chr., p. 398.

<sup>4</sup> S. Cyprianus, De Orat. Dom. 23: PL 4, 553; Hartel, III A, p. 285. S. Augustinus, Sermon. 71, 20, 33: PL 38, 463 s. S. Io. Damascenus, Adv. Iconocl. 12: PG 96, 1358 D.

<sup>3</sup> Vgl. Irenäus, Adv. Haer. III, 24, 1: PG 7, 966 B; Harvey 2, 131; ed. Sagnard, Sources Chr., 398.

<sup>4</sup> Cyprian, De Orat. Dom. 23: PL 4, 553; Hartel, III A, 285. Augustinus, Sermon. 71, 20, 33: PL 38, 463 f. Johannes v. Damaskus, Adv. Iconocl. 12: PG 96, 1358 D.

Regnum Christi et Dei annuntiandi et in omnibus gentibus instaurandi, huiusque Regni in terris germen et initium constituit. Ipsa interea, dum paulatim increscit, ad Regnum consummatum anhelat, ac totis viribus sperat et exoptat cum Rege suo in gloria coniungi.

6. Sicut in Vetere Testamento revelatio Regni saepe sub figuris proponitur, ita nunc quoque variis imaginibus intima Ecclesiae natura nobis innotescit, quae sive a vita pastorali vel ab agricultura, sive ab aedificatione aut etiam a familia et sponsalibus desumptae, in libris Prophetarum praeparantur.

Est enim Ecclesiae ovile, cuius ostium unicum et necessarium Christus est (Io. 10, 1—10). Est etiam grex, cuius ipse Deus pastorem se fore praenuntiavit (cf. Is. 40, 11; Ez. 34, 11 ss.), et cuius oves, etsi a pastoribus humanis gubernantur, indesinenter tamen deducuntur et nutriuntur ab ipso Christo, bono Pastore Principeque pastorum (cf. Io. 10, 11; 1 Petr. 5, 4), qui vitam suam dedit pro ovibus (cf. Io. 10, 11—15).

Est Ecclesia agricultura seu ager Dei (1 Cor. 3, 9). In illo agro crescit antiqua oliva, cuius radix sancta fuerunt Patriarchae, et in qua Iudaeorum et Gentium reconciliatio facta est et fiet (Rom. 11, 13—26). Ipsa plantata est a caelesti Agricola tamquam vinea electa (Matth. 21, 33—43 par.; cf. Is. 5, 1 ss.). Vitis vera Christus est, vitam et fecunditatem tribuens palmitibus, scilicet nobis, qui per Ecclesiam in ipso manemus, et sine quo nihil possumus facere (Io. 15, 1—5).

Saepe quoque Ecclesia dicitur aedificatio Dei (1 Cor. 3, 9). Dominus ipse se comparavit lapidi, quem reprobaverunt aedificantes, sed qui factus est in caput anguli (Matth. 21, 42 par.; cf. Act. 4, 11; 1 Petr. 2, 7; Ps. 117, 22). Super illud fundamentum Ecclesia ab Apostolis exstruitur (cf. 1 Cor. 3, 11), ab eoque firmitatem et cohaesionem accipit. Quae constructio variis appellationibus decoratur: domus Dei (1 Tim. 3, 15), in qua nempe habitat eius familia, habitaculum Dei in Spiritu (Eph. 2, 19—22), tabernaculum Dei cum hominibus (Apoc. 21, 3), et praesertim templum sanctum, quod in lapideis sanctuariis repraesentatum a Sanctis Patribus laudatur, et in Liturgia non immerito assimila-

bote der Liebe, der Demut und der Selbstverleugnung treulich hält, die Sendung, das Reich Christi und Gottes anzukündigen und in allen Völkern zu begründen. So stellt sie Keim und Anfang dieses Reiches auf Erden dar. Während sie allmählich wächst, streckt sie sich verlangend aus nach dem vollendeten Reich; mit allen Kräften hofft und sehnt sie sich danach, mit ihrem König in Herrlichkeit vereint zu werden.

6. Wie im Alten Testament die Offenbarung des Reiches häufig in zeichenhaften Gestaltungen geschieht, so erschließt sich auch uns jetzt das innerste Wesen der Kirche in verschiedenen, in der alttestamentlichen Prophetie vorbereiteten Bildern aus dem Hirten- und Bauernleben, dem Hausbau oder auch den Familien- und Brautbeziehungen.

So erscheint die Kirche als Schafstall, dessen einzige und notwendige Tür Christus ist (Jo 10, 1—10). Sie ist auch die Herde, als deren künftigen Hirten Gott selbst sich vorhervorkündigt hat (vgl. Is 40, 11; Ez 34, 11 ff). Wenngleich ihre Schafe von menschlichen Hirten geleitet werden, so werden sie dennoch immerfort von Christus, dem guten Hirten und dem Ersten der Hirten, geführt und genährt (vgl. Jo 10, 11; 1 Petr 5, 4), der sein Leben hingegeben hat für die Schafe (vgl. Jo 10, 11—15).

Die Kirche ist die Pflanzung, der Acker Gottes (1 Kor 3, 9). Auf jenem Acker wächst der alte Ölbaum, dessen heilige Wurzel die Patriarchen waren und in dem die Versöhnung von Juden und Weltvölkern geschehen ist und geschehen wird (Röm 11, 13—26). Sie ist vom himmlischen Ackerherrn als auserlesener Weingarten gepflanzt (Mt 21, 33—43 par.; vgl. Is 5, 1 ff). Der wahre Weinstock aber ist Christus, der den Rebzweigen Leben und Fruchtbarkeit gibt, uns nämlich, die wir durch die Kirche in ihm bleiben, wie wir auch nichts ohne ihn tun können (Jo 15, 1—5).

Des öfteren wird die Kirche auch Gottes Bauwerk genannt (1 Kor 3, 9). Der Herr selbst hat sich mit dem Stein verglichen, den die Bauleute verworfen haben, der aber zum Eckstein geworden ist (Mt 21, 42 par.; vgl. Apg 4, 11; 1 Petr 2, 7; Ps 117 [118], 22). Auf diesem Fundament wird die Kirche von den Aposteln erbaut (vgl. 1 Kor 3, 11), von ihm empfängt sie Festigkeit und Zusammenhalt. Dieser Bau trägt verschiedene Benennungen: Haus Gottes (1 Tim 3, 15), worin die Familie Gottes wohnt, Wohnstatt Gottes im Geiste (Eph 2, 19 bis 22), Zelt Gottes unter den Menschen (Apk 21, 3), vor allem aber heiliger Tempel, als dessen Darstellung die heiligen Väter die steinernen Heiligtümer preisen und der in der Liturgie mit Recht

tur Civitati sanctae, novae Ierusalem<sup>5</sup>. In ipsa enim tamquam lapides vivi his in terris aedificamur (1 Petr. 2, 5). Quam sanctam civitatem Ioannes contemplantur, in renovatione mundi descendentem de caelis a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo (Apoc. 21, 1 s.).

Ecclesia etiam, «quae sursum est Ierusalem» et «mater nostra» appellatur (Gal. 4, 26; cf. Apoc. 12, 17), describitur ut sponsa immaculata Agni immaculati (Apoc. 19, 7; 21, 2 et 9; 22, 17), quam Christus «dilexit, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret» (Eph. 5, 26), quam sibi foedere indissolubili sociavit et indesinenter «nutrit et fovet» (Eph. 5, 29), et quam mundatam sibi voluit coniunctam et in dilectione ac fidelitate subditam (cf. Eph. 5, 24), quam tandem bonis caelestibus in aeternum cumulavit, ut Dei et Christi erga nos caritatem, quae omnem scientiam superat, comprehendamus (cf. Eph. 3, 19). Dum vero his in terris Ecclesia peregrinatur a Domino (cf. 2 Cor. 5, 6), tamquam exulem se habet, ita ut quae sursum sunt quaerat et sapiat, ubi Christus est in dextera Dei sedens, ubi vita Ecclesiae abscondita est cum Christo in Deo, donec cum Sponso suo appareat in gloria (cf. Col. 3, 1—4).

7. Dei Filius, in natura humana Sibi unita, morte et resurrectione sua mortem superando, hominem redemit et in novam creaturam transformavit (cf. Gal. 6, 15; 2 Cor. 5, 17). Communicando enim Spiritum suum, fratres suos, ex omnibus gentibus convocatos, tamquam corpus suum mystice constituit.

In corpore illo vita Christi in credentes diffunditur, qui Christo passo atque glorificato, per sacramenta arcano ac reali modo uniuntur<sup>6</sup>. Per baptismum enim Christo conformamur: «Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus» (1 Cor. 12, 13). Quo sacro ritu consociatio cum morte et resurrectione Christi repraesentatur et efficitur: «Consepulti enim sumus cum Illo per baptismum in mortem»; si autem «complantati facti su-

verglichen wird mit der heiligen Stadt, dem neuen Jerusalem<sup>5</sup>. Wir selbst werden ihr schon auf Erden als lebendige Steine eingefügt (1 Petr. 2, 5). Johannes aber sah in seinen Gesichtern diese heilige Stadt bei der Neuschaffung der Welt aus dem Himmel von Gott herabsteigen, bereitet wie eine Braut, die geschmückt ist für ihren Mann (Apk 21, 1 f).

Die Kirche wird auch bezeichnet als „das obere Jerusalem“ und als „unsere Mutter“ (Gal 4, 26; vgl. Apk 12, 17); sie wird beschrieben als die makellose Braut des makellosen Lammes (Apk 19, 7; 21, 2 u. 9; 22, 17), die Christus „geliebt hat und für die er sich hingegeben hat, um sie zu heiligen“ (Eph 5, 26). In unauf löslichem Bund hat er sie zu sich genommen, immerfort „nährt und hegt er“ sie (Eph 5, 29). Nach seinem Willen soll sie als die von ihm Gereinigte ihm zugehören und in Liebe und Treue ihm untertan sein (vgl. Eph 5, 24). Er hat sie schließlich auf ewig mit himmlischen Gütern überreich beschenkt, damit wir Gottes und Christi Liebe zu uns, die alles Einsehen übersteigt, begreifen (vgl. Eph 3, 19). Solange aber die Kirche hier auf Erden in Pilgerschaft fern vom Herrn lebt (vgl. 2 Kor 5, 6), weiß sie sich in der Fremde, so daß sie sucht und sinnt nach dem, was oben ist, wo Christus zur Rechten des Vaters sitzt, wo das Leben der Kirche mit Christus in Gott verborgen ist, bis sie mit ihrem Bräutigam vereint in Herrlichkeit erscheinen darf (vgl. Kol 3, 1—4).

7. Gottes Sohn hat in der mit sich geeinten Menschennatur durch seinen Tod und seine Auferstehung den Tod besiegt, den Menschen erlöst und ihn umgestaltet zu einem neuen Geschöpf (vgl. Gal 6, 15; 2 Kor 5, 17). Indem er nämlich Anteil gab an seinem Geist, hat er seine Brüder, die er aus allen Völkern zusammenrief, in geheimnisvoller Weise gleichsam zu seinem Leib gemacht.

In jenem Leibe strömt Christi Leben auf die Gläubigen über, die durch die Sakramente auf verborgene und doch wirkliche Weise dem leidenden und verherrlichten Christus geeint werden<sup>6</sup>. Durch die Taufe werden wir ja Christus gleichgestaltet: „Denn in einem Geiste sind wir alle getauft in einen Leib hinein“ (1 Kor 12, 13). Durch diesen heiligen Ritus wird die Vereinigung mit Tod und Auferstehung Christi dargestellt und verwirklicht: „Wir

<sup>5</sup> Cf. Origenes, In Matth. 16, 21: PG 13, 1443 C; Tertullianus, Adv. Marc. 3, 7: PL 2, 357 C; CSEL 47, 3 p. 386. Pro documentis liturgicis, cf. Sacramentarium Gregorianum: PL 78, 160 B, vel C. Mohlberg, Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae, Romae 1960, p. 111, XC: «Deus, qui ex omni coaptatione sanctorum aeternum tibi condis habitaculum...». Hymnus Urbs Ierusalem beata in Breviario monastico, et Coelestis urbs Ierusalem in Breviario Romano.

<sup>6</sup> Cf. S. Thomas, Summa Theol. III, q. 62, a. 5, ad 1.

<sup>5</sup> Vgl. Origenes, In Mt. 16, 21: PG 13, 1443 C. Tertullian, Adv. Marc. 3, 7: PL 2, 357 C; CSEL 47, 3, 386. Für die liturgischen Dokumente vgl. Sacramentarium Gregorianum: PL 78, 160 B, oder C. Mohlberg, Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae, Romae 1960, 111, XC: „Gott, der du dir aus der ganzen Versammlung der Heiligen eine ewige Wohnstatt gründest...“ Hymnus „Urbs Ierusalem beata“ im monastischen Brevier und „Coelestis urbs Ierusalem“ im Römischen Brevier.

<sup>6</sup> Vgl. Thomas v. Aquin, Summa Theol. III, q. 62, a. 5, ad 1.

mus similitudini mortis Eius: simul et resurrectionis erimus» (Rom. 6, 4—5). In fractione panis eucharistici de Corpore Domini realiter participantes, ad communionem cum Eo ac inter nos elevamur. «Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus» (1 Cor. 10, 17). Ita nos omnes membra illius Corporis efficimur (cf. 1 Cor. 12, 27), «singuli autem alter alterius membra» (Rom. 12, 5).

Sicut vero omnia corporis humani membra, licet multa sint, unum tamen corpus efformant, ita fideles in Christo (cf. 1 Cor. 12, 12). Etiam in aedificatione corporis Christi diversitas viget membrorum et officiorum. Unus est Spiritus, qui varia sua dona, secundum divitias suas atque ministeriorum necessitates, ad Ecclesiae utilitatem dispertit (cf. 1 Cor. 12, 1—11). Inter quae dona praestat gratia Apostolorum, quorum auctoritati ipse Spiritus etiam charismaticos subdit (cf. 1 Cor. 14). Idem Spiritus per se suaque virtute atque interna membrorum connexionem corpus unificans, caritatem inter fideles producit et urget. Unde, si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra; sive si unum membrum honoratur, congaudent omnia membra (cf. 1 Cor. 12, 26).

Huius corporis Caput est Christus. Ipse est imago Dei invisibilis, in Eoque condita sunt universa. Ipse est ante omnes et omnia in Ipso constant. Ipse est caput corporis quod est Ecclesia. Ipse est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus primatum tenens (cf. Col. 1, 15—18). Magnitudine virtutis suae caelestibus et terrestribus dominatur, et supereminenti perfectione et operatione sua totum corpus gloriae suae divitiis replet (cf. Eph. 1, 18—23)<sup>7</sup>.

Omnia membra Ei conformari oportet, donec Christus formetur in eis (cf. Gal. 4, 19). Quapropter in vitae Eius mysteria adsumimur, cum Eo configurati, commortui et conresuscitati, donec cum Eo conregnemus (cf. Phil. 3, 21; 2 Tim. 2, 11; Eph. 2, 6; Col. 2, 12; etc.). In terris adhuc peregrinantes, Eiusque vestigia in tribulatione et persecutione prementes, Eius passionibus tamquam corpus Capiti consociamur, Ei compatientes, ut cum Eo conglorificemur (cf. Rom. 8, 17).

sind nämlich mit ihm begraben durch die Taufe auf den Tod“; wenn wir aber „eingepflanzt worden sind dem Gleichbild seines Todes, so werden wir es zugleich auch dem seiner Auferstehung sein“ (Röm 6, 4—5). Beim Brechen des eucharistischen Brotes gewinnen wir wirklichen Anteil am Leib des Herrn und werden zur Gemeinschaft mit ihm und untereinander erhoben. „Denn ein Brot, ein Leib sind wir, die Vielen, alle, die an dem einen Brote teilnehmen“ (1 Kor 10, 17). So werden wir alle zu Gliedern jenes Leibes (vgl. 1 Kor 12, 27), „die Einzelnen aber untereinander Glieder“ (Röm 12, 5).

Wie aber alle Glieder des menschlichen Leibes, obschon sie viele sind, dennoch den einen Leib ausmachen, so auch die Gläubigen in Christus (vgl. 1 Kor 12, 12). Auch im Aufbau des Leibes Christi gilt die Verschiedenheit der Glieder und der Dienste. Der eine Geist ist es, der seine vielfältigen Gaben gemäß seinem Reichtum und den Erfordernissen der Dienste zum Nutzen der Kirche austeilte (vgl. 1 Kor 12, 1—11). Unter diesen Gaben ragt die Gnadenberufung der Apostel heraus, deren Autorität der Geist selbst auch die Charismatiker unterordnet (vgl. 1 Kor 14). Derselbe Geist eint durch sich und durch seine Kraft wie durch die innere Verbindung der Glieder den Leib; er bringt die Liebe der Gläubigen untereinander hervor und treibt sie an. Folglich leiden, wenn ein Glied leidet, alle Glieder mit, und wenn ein Glied Ehre empfängt, freuen sich alle Glieder mit (vgl. 1 Kor 12, 26).

Das Haupt dieses Leibes ist Christus. Er ist das Bild des unsichtbaren Gottes, und in ihm ist alles geschaffen. Er ist vor allen, und alles hat in ihm seinen Bestand. Er ist das Haupt des Leibes, welcher die Kirche ist. Er ist der Anfang, der Erstgeborene aus den Toten, auf daß er in allem den Vorrang innehatte (vgl. Kol 1, 15—18). Durch die Größe seiner Macht herrscht er über Himmlisches und Irdisches, und durch seine alles überragende Vollkommenheit und Wirksamkeit erfüllt er den ganzen Leib mit dem Reichtum seiner Herrlichkeit (vgl. Eph 1, 18 bis 23)<sup>7</sup>.

Alle Glieder müssen ihm gleichgestaltet werden, bis Christus Gestalt gewinnt in ihnen (vgl. Gal 4, 19). Deshalb werden wir aufgenommen in die Mysterien seines Erdenlebens, werden ihm gleichgestaltet, sterben mit ihm und werden mit ihm aufgeweckt, bis wir endlich mit ihm königlich herrschen werden (vgl. Phil 3, 21; 2 Tim 2, 11; Eph 2, 6; Kol 2, 12 usw.). Solange wir auf Erden in Pilgerschaft sind und auf seinen Spuren in Trübsal und Verfolgung dahingehen, werden wir zu Gefährten

<sup>7</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) p. 208.

<sup>7</sup> Vgl. Pius XII, *Enz. Mystici Corporis*, 29. Juni 1943: AAS 35 (1943) 208.

Ex Eo «totum corpus, per nexus et coniunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei» (Col. 2, 19). Ipse in corpore suo, scilicet Ecclesia, dona ministratum iugiter disponit, quibus Ipsius virtute nobis invicem ad salutem servitia praestamus, ut veritatem facientes in caritate, crescimus in illum per omnia, qui est Caput nostrum (cf. Eph. 4, 11—16 gr.).

Ut autem in illo incessanter renovemur (cf. Eph. 4, 23), dedit nobis de Spiritu suo, qui unus et idem in Capite et in membris existens, totum corpus ita vivificat, unificat et movet, ut eius officium a sanctis Patribus comparari potuerit cum munere, quod principium vitae seu anima in corpore humano adimplet<sup>8</sup>.

Christus vero diligit Ecclesiam ut sponsam suam, exemplar factus viri diligentis uxorem suam ut corpus suum (cf. Eph. 5, 25—28); ipsa vero Ecclesia subiecta est Capiti suo (ib. 23—24). «Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter» (Col. 2, 9), Ecclesiam, quae corpus et plenitudo eius est, divinis suis donis replet (cf. Eph. 1, 22—23), ut ipsa protendat et perveniat ad omnem plenitudinem Dei (cf. Eph. 3, 19).

8. Unicus Mediator Christus Ecclesiam suam sanctam, fidei, spei et caritatis communitatem his in terris ut compaginem visibilem constituit et indesinenter sustentat<sup>9</sup>, qua veritatem et gratiam ad omnes diffundit. Societas autem organis hierarchicis instructa et mysticum Christi Corpus, coetus adspectabilis et communitas spiritualis, Ecclesia terrestris et Ecclesia caelestibus bonis ditata, non ut duae res considerandae sunt, sed unam realitatem complexam efformant, quae humano et divino coalescit elemento<sup>10</sup>. Ideo ob non mediocrem analogiam incarnati Verbi mysterio assimilatur. Sicut enim natura assumpta Verbo divino ut vivum orga-

seiner Leiden gemacht gemäß der Einheit von Haupt und Leib; wir leiden mit ihm, um so auch mit ihm verherrlicht zu werden (vgl. Röm 8, 17).

Von ihm her „entfaltet sich der ganze Leib, durch vielfältige Verbindungen getragen und zusammengehalten, im Wachstum Gottes“ (Kol 2, 19). Er ordnet in seinem Leib, der Kirche, die Dienstgaben immerfort, vermöge deren wir durch seine Kraft uns untereinander Heildienste leisten, um — indem wir die Wahrheit in Liebe tun — in allen Dingen auf ihn hin zu wachsen, der unser Haupt ist (vgl. Eph 4, 11—16).

Damit wir aber in ihm unablässig erneuert werden (vgl. Eph 4, 23), gab er uns von seinem Geist, der als der eine und gleiche im Haupt und in den Gliedern wohnt und den ganzen Leib so lebendig macht, eint und bewegt, daß die heiligen Väter sein Wirken vergleichen konnten mit der Aufgabe, die das Lebensprinzip — die Seele — im menschlichen Leibe erfüllt<sup>8</sup>.

Christus aber liebt die Kirche als seine Braut; er ist zum Urbild des Mannes geworden, der seine Gattin liebt wie seinen eigenen Leib (vgl. Eph 5, 25—28); die Kirche ihrerseits ist ihrem Haupte untertan (ebd. 23—24). „Denn in ihm wohnt die ganze Fülle der Gottheit leibhaftig“ (Kol 2, 9). Die Kirche, die sein Leib und seine Fülle ist, erfüllt er mit seinen göttlichen Gaben (vgl. Eph 1, 22—23), damit sie selbst sich ausstrecke und komme zu der ganzen Fülle Gottes (vgl. Eph 3, 19).

8. Der einzige Mittler Christus hat seine heilige Kirche, die Gemeinschaft des Glaubens, der Hoffnung und der Liebe, hier auf Erden als sichtbares Gefüge verfaßt und trägt sie unablässig<sup>9</sup>; durch sie gießt er Wahrheit und Gnade auf alle aus. Die mit hierarchischen Organen ausgestattete Gesellschaft und der geheimnisvolle Leib Christi, die sichtbare Versammlung und die geistliche Gemeinschaft, die irdische Kirche und die mit himmlischen Gaben beschenkte Kirche sind nicht als zwei verschiedene Größen zu betrachten, sondern bilden eine einzige komplexe Wirklichkeit, die aus menschlichem und göttlichem Element zusammenwächst<sup>10</sup>. Deshalb ist

<sup>8</sup> Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. Divinum illud, 9 maii 1897: ASS 29 (1896—97) p. 650. Pius XII, Litt. Encycl. Mystici Corporis, I. c., pp. 219—220; Denz. 2288 (3808). S. Augustinus, Serm. 268, 2: PL 38, 1232, et alibi. S. Io. Chrysostomus, In Eph. Hom. 9, 3: PG 62, 72. Didymus Alex., Trin. 2, 1: PG 39, 449 s. S. Thomas, In Col. 1, 18, lect. 5; ed. Marietti, II, n. 46: «Sicut constituitur unum corpus ex unitate animae, ita Ecclesiae ex unitate Spiritus . . .».

<sup>9</sup> Leo XIII, Litt. Encycl. Sapientiae christianae, 10 ian. 1890: ASS 22 (1889—90) p. 392. Id., Epist. Encycl. Satis cognitum, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895—96) pp. 710 et 724 ss. Pius XII, Litt. Encycl. Mystici Corporis, I. c., pp. 199—200.

<sup>10</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. Mystici Corporis, I. c., p. 221 ss. Id., Litt. Encycl. Humani generis, 12 aug. 1950: AAS 42 (1950) p. 571.

<sup>8</sup> Vgl. Leo XIII, Enz. Divinum illud, 9. Mai 1897: ASS 29 (1896—97) 650. Pius XII, Enz. Mystici Corporis, a. a. O. 219 f; Denz. 2288 (3808). Augustinus, Serm. 268, 2: PL 38, 1232 u. ö. Johannes Chrysostomus, In Eph. Hom. 9, 3: PG 62, 72. Didymus v. Alex., Trin. 2, 1: PG 39, 449 f. Thomas v. Aquin, In Col. 1, 18, lect. 5; ed. Marietti, II, n. 46: „Wie der eine Leib von der Einheit der Seele her konstituiert wird, so die Kirche von der Einheit des Geistes her . . .“

<sup>9</sup> Leo XIII, Enz. Sapientiae christianae, 10. Jan. 1890: ASS 22 (1889—90) 392. Ders., Enz. Satis cognitum, 29. Juni 1896: ASS 28 (1895—96) 710 u. 724 ff. Pius XII, Enz. Mystici Corporis, a. a. O. 199 f.

<sup>10</sup> Vgl. Pius XII, Enz. Mystici Corporis, a. a. O. 221 ff. Ders., Enz. Humani generis, 12. Aug. 1950: AAS 42 (1950) 571.



num salutis, Ei indissolubiler unitum, inservit, non dissimili modo socialis compago Ecclesiae Spiritui Christi, eam vivificant, ad augmentum corporis inservit (cf. Eph 4, 16)<sup>11</sup>.

Haec est unica Christi Ecclesia, quam in Symbolo unam, sanctam, catholicam et apostolicam profite-mur<sup>12</sup>, quam Salvator noster, post resurrectionem suam Petro pascendam tradidit (Io. 21, 17), eique ac ceteris Apostolis diffundendam et regendam commisit (cf. Matth. 28, 18 ss.), et in perpetuum ut «columnam et firmamentum veritatis» erexit (1 Tim. 3, 15). Haec Ecclesia, in hoc mundo ut societas constituta et ordinata, subsistit in Ecclesia catholica, a successore Petri et Episcopis in eius communionem gubernata<sup>13</sup>, licet extra eius compaginem elementa plura sanctificationis et veritatis inveniantur, quae ut dona Ecclesiae Christi propria, ad unitatem catholicam impellunt.

Sicut autem Christus opus redemptionis in paupertate et persecutione perfecit, ita Ecclesia ad eandem viam ingrediendam vocatur, ut fructus salutis hominibus communicet. Christus Iesus, «cum in forma Dei esset, . . . semetipsum exinanivit, formam servi accipiens» (Phil. 2, 6) et propter nos «egenus factus est, cum esset dives» (2 Cor. 8, 9): ita Ecclesia, licet ad missionem suam exsequendam humanis opibus indigeat, non ad gloriam terrestrem quaerendam erigitur, sed ad humilitatem et abnegationem etiam exemplo suo divulgandas. Christus a Patre missus est «evangelizare pauperibus, . . . sanare contritos corde» (Lc. 4, 18), «quaerere et salvum facere quod perierat» (Lc. 19, 10): similiter Ecclesia omnes infirmitate humana affictos amore circumdat, imo in pauperibus et patientibus imaginem Fundatoris sui pauperis et patientis agnoscit, eorum inopiam sublevare satagit, et Christo in eis inservire intendit. Dum vero Christus, «sanctus, innocens, impollutus» (Hebr. 7, 26), peccatum non novit (2 Cor. 5, 21), sed sola delicta populi repropitiare venit (cf. Hebr. 2, 17), Ecclesia in proprio sinu peccatores complectens, sancta si-

sie in einer nicht unbedeutenden Analogie dem Mysterium des fleischgewordenen Wortes ähnlich. Wie nämlich die angenommene Natur dem göttlichen Wort als lebendiges, ihm unlöslich geeintes Heilsorgan dient, so dient auf eine ganz ähnliche Weise das soziale Gefüge der Kirche dem Geist Christi, der es belebt, zum Wachstum seines Leibes (vgl. Eph 4, 16)<sup>11</sup>.

Dies ist die einzige Kirche Christi, die wir im Glaubensbekenntnis als die eine, heilige, katholische und apostolische bekennen<sup>12</sup>. Sie zu weiden, hat unser Erlöser nach seiner Auferstehung dem Petrus übertragen (Jo 21, 17), ihm und den übrigen Aposteln hat er ihre Ausbreitung und Leitung anvertraut (vgl. Mt 28, 18 ff), für immer hat er sie als „Säule und Feste der Wahrheit“ errichtet (1 Tim 3, 15). Diese Kirche, die in dieser Welt als Gesellschaft verfaßt und geordnet ist, hat ihre konkrete Existenzform in der katholischen Kirche, die vom Nachfolger Petri und von den Bischöfen in Gemeinschaft mit ihm geleitet wird<sup>13</sup>. Das schließt nicht aus, daß außerhalb ihres Gefüges vielfältige Elemente der Heiligung und der Wahrheit zu finden sind, die als der Kirche Christi eigene Gaben auf die katholische Einheit hindrängen.

Wie aber Christus das Werk der Erlösung in Armut und Verfolgung vollzogen hat, so ist auch die Kirche gerufen, den gleichen Weg einzuschlagen, um die Heilsfrucht den Menschen mitzuteilen. Christus Iesus hat, „obwohl er doch in Gottese Gestalt war, . . . sich selbst entäußert und Knechtsgestalt angenommen“ (Phil 2, 6); um unseretwillen „ist er arm geworden, obgleich er doch reich war“ (2 Kor 8, 9). So ist die Kirche, auch wenn sie zur Erfüllung ihrer Sendung menschlicher Mittel bedarf, nicht aufgerichtet, um irdische Herrlichkeit zu suchen, sondern um Demut und Selbstverleugnung auch durch ihr Beispiel auszubreiten. Christus wurde vom Vater gesandt, „den Armen frohe Botschaft zu bringen, zu heilen, die bedrückten Herzens sind“ (Lk 4, 18), „zu suchen und zu retten, was verloren war“ (Lk 19, 10). In ähnlicher Weise umgibt die Kirche alle mit ihrer Liebe, die von menschlicher Schwachheit angefochten sind, ja, in den Armen und Leidenden erkennt sie das Bild dessen, der sie gegründet hat und selbst ein Armer und Leidender war. Sie müht sich, deren Not zu erleichtern, und sucht Christus in ihnen zu dienen. Während aber

<sup>11</sup> Leo XIII, Epist. Encycl. Satis cognitum, I. c., p. 713.

<sup>12</sup> Cf. Symbolum Apostolicum: Denz. 6—9 (10—13); Symb. Nic.-Const.: Denz. 86 (150); coll. Prof. fidei Trid.: Denz. 994 et 999 (1862 et 1868).

<sup>13</sup> Dicitur «Sancta (catholica apostolica) Romana Ecclesia» in Prof. fidei Trid., I. c. et Conc. Vat. I, Sess. III, Const. dogm. de fide cath.: Denz. 1782 (3001).

<sup>11</sup> Leo XIII, Enz. Satis cognitum, a. a. O. 713.

<sup>12</sup> Vgl. Symbolum Apostolicum: Denz. 6—9 (10—13); Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum: Denz. 86 (150); aufgenommen in Professio fidei Tridentina: Denz. 994 u. 999 (1862 u. 1868).

<sup>13</sup> Die Formel „Sancta (catholica apostolica) Romana Ecclesia“ findet sich in Professio fidei Tridentina, a. a. O. und in Conc. Vat. I, Sess. III, Const. dogm. de fide cath.: Denz. 1782 (3001).

mul et semper purificanda, poenitentiam et renovationem continuo prosequitur.

«Inter persecutiones mundi et consolationes Dei peregrinando procurrit»<sup>14</sup> Ecclesia, crucem et mortem Domini annuntians, donec veniat (cf. 1 Cor. 11, 26). Virtute autem Domini resuscitati roboratur, ut afflictiones et difficultates suas, internas pariter et extrinsecas, patientia et caritate devincat, et mysterium Eius, licet sub umbris, fideliter tamen in mundo revelet, donec in fine lumine pleno manifestabitur.

## CAPUT II De populo Dei

9. In omni quidem tempore et in omni gente Deo acceptus est quicumque timet Eum et operatur iustitiam (cf. Act. 10, 35). Placuit tamen Deo homines non singulatim, quavis mutua connexione seclusa, sanctificare et salvare, sed eos in populum constituere, qui in veritate Ipsum agnosceret Ipsique sancte serviret. Plebem igitur israeliticam Sibi in populum elegit, quocum foedus instituit et quem gradatim instruxit, Sese atque propositum voluntatis suae in eius historia manifestando eumque Sibi sanctificando. Haec tamen omnia in praeparationem et figuram contigerunt foederis illius novi et perfecti, in Christo feriendi, et plenioris revelationis per Ipsum Dei Verbum carnem factum tradendae. «Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et feriam domui Israel et domui Iuda foedus novum . . . Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero eis in Deum, et ipsi erunt Mihi in populum . . . Omnes enim cognoscent Me, a minimo usque ad maximum, ait Dominus» (Ier. 31, 31—34). Quod foedus novum Christus instituit, novum scilicet testamentum in suo sanguine (cf. 1 Cor. 11, 25), ex Iudaeis ac gentibus plebem vocans, quae non secundum carnem sed in Spiritu ad unitatem coalesceret, essetque novus Populus Dei. Credentes enim in Christum, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi (cf. 1 Petr. 1, 23), non ex carne sed ex aqua et Spiritu Sancto (cf. Io. 3, 5—6), constitu-

Christus heilig, schuldlos, unbefleckt war (Hebr 7, 26) und Sünde nicht kannte (2 Kor 5, 21), sondern allein die Sünden des Volkes zu sühnen gekommen ist (vgl. Hebr 2, 17), umfaßt die Kirche Sünder in ihrem eigenen Schoße. Sie ist zugleich heilig und stets der Reinigung bedürftig, sie geht immerfort den Weg der Buße und Erneuerung.

Die Kirche „schreitet zwischen den Verfolgungen der Welt und den Tröstungen Gottes auf ihrem Pilgerweg dahin“<sup>14</sup> und verkündet Kreuz und Tod des Herrn, bis er wiederkommt (vgl. 1 Kor 11, 26). Von der Kraft des auferstandenen Herrn aber wird sie gestärkt, um ihre Trübsale und Mühen, innere gleichermaßen wie äußere, durch Geduld und Liebe zu besiegen, und sein Mysterium, wenn auch schattenhaft, so doch getreu in der Welt zu enthüllen, bis es am Ende im vollen Lichte offenbar werden wird.

## ZWEITES KAPITEL Das Volk Gottes

9. Zu aller Zeit und in jedem Volk ruht Gottes Wohlgefallen auf jedem, der ihn fürchtet und gerecht handelt (vgl. Apg 10, 35). Gott hat es aber gefallen, die Menschen nicht einzeln, unabhängig von aller wechselseitigen Verbindung, zu heiligen und zu retten, sondern sie zu einem Volke zu machen, das ihn in Wahrheit anerkennen und ihm in Heiligkeit dienen soll. So hat er sich das Volk Israel zum Eigenvolk erwählt und hat mit ihm einen Bund geschlossen und es Stufe für Stufe unterwiesen, dies tat er, indem er sich und seinen Heilsratschluß in dessen Geschichte offenbarte und sich dieses Volk heiligte. Dies alles aber wurde zur Vorbereitung und zum Muster jenes neuen und vollkommenen Bundes, der in Christus geschlossen, und der volleren Offenbarung, die durch das Wort Gottes selbst in seiner Fleischwerdung überbracht werden sollte. „Siehe, es kommen Tage, spricht der Herr, da schließe ich mit dem Hause Israel und dem Hause Juda einen neuen Bund . . . Ich werde mein Gesetz in ihr Inneres geben und ihrem Herzen will ich es einschreiben und ich werde ihnen Gott sein, und sie werden mir zum Volke sein . . . Alle nämlich werden mich kennen, vom Kleinsten bis zum Größten, spricht der Herr“ (Jr 31, 31—34). Diesen neuen Bund hat Christus gestiftet, das Neue Testament nämlich in seinem Blute (vgl. 1 Kor 11, 25). So hat er sich aus Juden und Heiden ein Volk berufen, das nicht dem Fleische nach, sondern im Geiste zur Einheit zusammenwachsen und das neue

<sup>14</sup> S. Augustinus, Civ. Dei, XVIII, 51, 2: PL 41, 614.

<sup>14</sup> Augustinus, Civ. Dei, XVIII, 51, 2: PL 41, 614.

untur tandem «genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis . . . qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei» (1 Petr. 2, 9—10).

Populus ille messianicus habet pro capite Christum, «qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram» (Rom. 4, 25), et nunc nomen quod est super omne nomen adeptus, gloriose regnat in caelis. Habet pro conditione dignitatem libertatemque filiorum Dei, in quorum cordibus Spiritus Sanctus sicut in templo inhabitat. Habet pro lege mandatum novum diligendi sicut ipse Christus dilexit nos (cf. Io. 13, 34). Habet tandem pro fine Regnum Dei, ab ipso Deo in terris inchoatum, ulterius dilatandum, donec in fine saeculorum ab Ipso etiam consummetur, cum Christus apparuerit, vita nostra (cf. Col. 3, 4), et «ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21). Itaque populus ille messianicus, quamvis universos homines actu non comprehendat, et non semel ut pusillus grex appareat, pro toto tamen genere humano firmissimum est germen unitatis, spei et salutis. A Christo in communionem vitae, caritatis et veritatis constitutus, ab Eo etiam ut instrumentum redemptionis omnium adsumitur, et tamquam lux mundi et sal terrae (cf. Matth. 5, 13—16), ad universum mundum emittitur.

Sicut vero Israel secundum carnem, qui in deserto peregrinabatur, Dei Ecclesia iam appellatur (2 Esdr. 13, 1; cf. Num. 20, 4; Deut. 23, 1 ss.), ita novus Israel qui in praesenti saeculo incedens, futuram eamque manentem civitatem inquit (cf. Hebr. 13, 14), etiam Ecclesia Christi nuncupatur (cf. Matth. 16, 18), quippe quam Ipse sanguine suo acquisivit (cf. Act. 20, 28), suo Spiritu replevit, aptisque mediis unionis visibilis et socialis instruxit. Deus congregationem eorum qui in Iesum, salutis auctorem et unitatis pacisque principium, credentes aspiciunt, convocavit et constituit Ecclesiam, ut sit universis et singulis sacramentum visibile huius salutiferae

Gottesvolk bilden sollte. Die an Christus glauben, werden nämlich, durch das Wort des lebendigen Gottes (vgl. 1 Petr 1, 23) wiedergeboren nicht aus vergänglichem, sondern aus unvergänglichem Samen, nicht aus dem Fleische, sondern aus dem Wasser und dem Heiligen Geist (vgl. Jo 3, 5—6), schließlich gemacht zu „einem auserwählten Geschlecht, einem königlichen Priestertum . . . , einem heiligen Stamm, einem Volk der Erwerbung . . . Die einst ein Nicht-Volk waren, sind jetzt Gottes Volk“ (1 Petr 2, 9—10).

Dieses messianische Volk hat zum Haupte Christus, „der hingegeben worden ist wegen unserer Sünden und auferstanden ist um unserer Rechtfertigung willen“ (Röm 4, 25) und jetzt voll Herrlichkeit im Himmel herrscht, da er den Namen über allen Namen erlangt hat. Dieses Volk ist geprägt durch die Würde und die Freiheit der Kinder Gottes, in deren Herzen der Heilige Geist wie in einem Tempel wohnt. Sein Gesetz ist das neue Gebot (vgl. Jo 13, 34), zu lieben, wie Christus uns geliebt hat. Seine Bestimmung endlich ist die weitere Ausbreitung des Gottesreiches, das von Gott selbst auf Erden begonnen worden ist, bis es am Ende der Zeiten von ihm auch vollendet werde, wenn Christus, unser Leben (vgl. Kol 3, 4), erscheinen wird, und „die Schöpfung selbst von der Knechtschaft der Vergänglichkeit zur Freiheit der Herrlichkeit der Kinder Gottes befreit wird“ (Röm 8, 21). So ist denn dieses messianische Volk, obwohl es in Wirklichkeit nicht alle Menschen umfaßt und gar oft als kleine Herde erscheint, für das ganze Menschengeschlecht die unzerstörbare Keimzelle der Einheit, der Hoffnung und des Heils. Von Christus zur Gemeinschaft des Lebens, der Liebe und der Wahrheit bestellt, wird es von ihm auch als Werkzeug der Erlösung angenommen und als Licht der Welt und Salz der Erde (vgl. Mt 5, 13—16) in alle Welt gesandt.

Wie aber schon das Israel dem Fleische nach auf seiner Wüstenwanderung Gemeinde Gottes genannt wird (2 Esr 13, 1; vgl. Nm 20, 4; Dt 23, 1 ff), so wird auch das neue Israel, das auf der Suche nach der kommenden und bleibenden Stadt (vgl. Hebr 13, 14) in der gegenwärtigen Weltzeit einherzieht, Christi Gemeinde benannt (vgl. Mt 16, 18). Er selbst hat sie ja mit seinem Blut erworben (vgl. Apg 20, 28), mit seinem Geiste erfüllt und mit geeigneten Mitteln sichtbarer und gesellschaftlicher Einheit ausgerüstet. Gott hat die Versammlung derer, die zu Christus als dem Urheber des Heils und dem Ursprung der Einheit und des Friedens glaubend aufschauen, als seine Kirche zusammengerufen und bestellt, damit sie allen und jedem das sichtbare

unitatis<sup>15</sup>. Ad universas regiones extendenda, in historiam hominum intrat, dum tamen simul tempora et fines populorum transcendit. Per tentationes vero et tribulationes procedens Ecclesia virtute gratiae Dei sibi a Domino promissae confortatur, ut in infirmitate carnis a perfecta fidelitate non deficiat, sed Domini sui digna sponsa remaneat, et sub actione Spiritus Sancti, seipsam renovare non desinat, donec per crucem perveniat ad lucem, quae nescit occasum.

10. Christus Dominus, Pontifex ex hominibus assumptus (cf. Hebr. 5, 1—5) novum populum «fecit regnum et sacerdotes Deo et Patri suo» (Apoc. 1, 6; cf. 5, 9—10). Baptizati enim, per regenerationem et Spiritus Sancti unctionem consecrantur in domum spiritualem et sacerdotium sanctum, ut per omnia opera hominis christiani spirituales offerant hostias, et virtutes annuntient Eius qui de tenebris eos vocavit in admirabile lumen suum (cf. 1 Petr. 2, 4—10). Ideo universi discipuli Christi, in oratione perseverantes et collaudantes Deum (cf. Act. 2, 42 ad 47), seipsos hostiam viventem, sanctam, Deo placentem exhibeant (cf. Rom. 12, 1), ubique terrarum de Christo testimonium perhibeant, atque poscentibus rationem reddant de ea, quae in eis est, spe vitae aeternae (cf. 1 Petr. 3, 15).

Sacerdotium autem commune fidelium et sacerdotium ministeriale seu hierarchicum, licet essentia et non gradu tantum differant, ad invicem tamen ordinantur; unum enim et alterum suo peculiari modo de uno Christi sacerdotio participant<sup>16</sup>. Sacerdos quidem ministerialis, potestate sacra qua gaudet, populum sacerdotalem efformat ac regit, sacrificium eucharisticum in persona Christi conficit illudque nomine totius populi Deo offert; fideles vero, vi regalis sui sacerdotii, in oblationem Eucharisticae concurrunt<sup>17</sup>, illudque in sacramentis suscipiendis, in oratione et gratiarum actione, testimonio vitae sanctae, abnegatione et actuosa caritate exercent.

Heilszeichen dieser heilbringenden Einheit sei<sup>15</sup>. Bestimmt zur Verbreitung über alle Länder, tritt sie in die menschliche Geschichte ein und übersteigt doch zugleich Zeiten und Grenzen der Völker. Auf ihrem Weg durch Prüfung und Trübsal wird die Kirche durch die Kraft der ihr vom Herrn verheißenen Gnade Gottes gestärkt, damit sie in der Schwachheit des Fleisches nicht abfalle von der vollkommenen Treue, sondern die würdige Braut ihres Herrn verbleibe und unter der Wirksamkeit des Heiligen Geistes nicht aufhöre, sich selbst zu erneuern, bis sie durch das Kreuz zum Lichte gelangt, das keinen Untergang kennt.

10. Christus der Herr, als Priester aus den Menschen genommen (vgl. Hebr. 5, 1—5), hat das neue Volk „zum Königreich und zu Priestern für Gott und seinen Vater gemacht“ (vgl. Apk 1, 6; 5, 9—10). Durch die Wiedergeburt und die Salbung mit dem Heiligen Geist werden die Getauften zu einem geistigen Bau und einem heiligen Priestertum geweiht, damit sie in allen Werken eines christlichen Menschen geistige Opfer darbringen und die Machttaten dessen verkünden, der sie aus der Finsternis in sein wunderbares Licht berufen hat (vgl. 1 Petr 2, 4 bis 10). So sollen alle Jünger Christi ausharren im Gebet und gemeinsam Gott loben (vgl. Apg 2, 42 bis 47) und sich als lebendige, heilige, Gott wohlgefällige Opfergabe darbringen (vgl. Röm 12, 1); überall auf Erden sollen sie für Christus Zeugnis geben und allen, die es fordern, Rechenschaft ablegen von der Hoffnung auf das ewige Leben, die in ihnen ist (vgl. 1 Petr 3, 15).

Das allgemeine Priestertum der Gläubigen aber und das Priestertum des hierarchischen Dienstes unterscheiden sich zwar dem Wesen und nicht bloß dem Grade nach. Dennoch sind sie einander zugeordnet: das eine wie das andere nämlich nimmt je auf besondere Weise am Priestertum Christi teil<sup>16</sup>. Der Amtspriester nämlich bildet kraft seiner heiligen Gewalt, die er innehat, das priesterliche Volk heran und leitet es; er vollzieht in der Person Christi das eucharistische Opfer und bringt es im Namen des ganzen Volkes Gott dar; die Gläubigen hingegen wirken kraft ihres königlichen Priestertums an der eucharistischen Darbringung mit<sup>17</sup> und üben ihr Priestertum aus im Empfang der Sakramente, im Gebet, in der Danksagung, im Zeugnis eines heiligen Lebens, durch Selbstverleugnung und tätige Liebe.

<sup>15</sup> Cf. S. Cyprianus, Epist. 69, 6: PL 3, 1142 B; Hartel 3 B, p. 754: «inseparabile unitatis sacramentum».

<sup>16</sup> Cf. Pius XII, Alloc. Magnificate Dominum, 2 nov. 1954: AAS 46 (1954) p. 669. Litt. Encycl. Mediator Dei, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947) p. 555.

<sup>17</sup> Cf. Pius XI, Litt. Encycl. Miserentissimus Redemptor, 8 maii 1928: AAS 20 (1928) p. 171 s. Pius XII, Alloc. Vous nous avez, 22 sept. 1956: AAS 48 (1956) p. 714.

<sup>15</sup> Vgl. Cyprian, Epist. 69, 6: PL 3, 1142 B; Hartel 3 B, 754: „Das unauflöbliche Sakrament der Einheit“.

<sup>16</sup> Vgl. Pius XII, Anspr. Magnificate Dominum, 2. Nov. 1954: AAS 46 (1954) 669. Enz. Mediator Dei, 20. Nov. 1947: AAS 39 (1947) 555.

<sup>17</sup> Vgl. Pius XI, Enz. Miserentissimus Redemptor, 8. Mai 1928: AAS 20 (1928) 171 f. Pius XII, Anspr. Vous nous avez, 22. Sept. 1956: AAS 48 (1956) 714.

11. *Indoles sacra et organice exstructa communitatis sacerdotalis et per sacramenta et per virtutes ad actum deducitur. Fideles per baptismum in Ecclesia incorporati, ad cultum religionis christianae caractere deputantur et, in filios Dei regenerati, fidem quam a Deo per Ecclesiam acceperunt coram hominibus profiteri tenentur*<sup>18</sup>. *Sacramento confirmationis perfectius Ecclesiae vinculantur, speciali Spiritus Sancti robore ditantur, sicque ad fidem tamquam veri testes Christi verbo et opere simul diffundendam et defendendam arctius obligantur*<sup>19</sup>. *Sacrificium eucharisticum, totius vitae christianae fontem et culmen, participantes, divinam Victimam Deo offerunt atque seipos cum Ea*<sup>20</sup>; *ita tum oblatione tum sacra communione, non promiscue sed alii aliter, omnes in liturgica actione partem propriam agunt. Porro corpore Christi in sacra synaxi refecti, unitatem Populi Dei, quae hoc augustissimo sacramento apte significatur et mirabiliter efficitur, modo concreto exhibent.*

Qui vero ad sacramentum poenitentiae accedunt, veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt, et quae eorum conversioni caritate, exemplo, precibus adlaborat. Sacra infirmorum unctione atque oratione presbyterorum Ecclesia tota aegrotantes Domino patienti et glorificato commendat, ut eos alleviet et salvet (cf. Iac. 5, 14—16), immo eos hortatur ut sese Christi passioni et morti libere sociantes (cf. Rom. 8, 17; Col. 1, 24; 2 Tim. 2, 11—12; 1 Petr. 4, 13), ad bonum Populi Dei conferant. Iterum, qui inter fideles sacro Ordine insigniuntur, ad Ecclesiam verbo et gratia Dei pascendam, Christi nomine instituuntur. Tandem coniuges christiani, virtute matrimonii sacramenti, quo mysterium unitatis et fecundi amoris inter Christum et Ecclesiam significant atque participant (cf. Eph. 5, 32), se invicem in vita coniugali necnon prolis susceptione et educatione ad sanctitatem adiuvant, adeoque in suo vitae statu et ordine proprium suum in Populo Dei donum habent

11. Was in der priesterlichen Gemeinschaft des Gottesvolkes in organischem Aufbau heilig grundgelegt ist, wird sowohl durch die Sakramente wie durch das Tugendleben verwirklicht. Durch die Taufe der Kirche eingegliedert, werden die Gläubigen durch das unauslöschliche Prägema! zur Ausübung der christlichen Religion bestellt, und wiedergeboren zu Söhnen Gottes, sind sie gehalten, den von Gott durch die Kirche empfangenen Glauben vor den Menschen zu bekennen<sup>18</sup>. Durch das Sakrament der Firmung werden sie vollkommener der Kirche verbunden und mit einer besonderen Kraft des Heiligen Geistes ausgestattet. So sind sie in strengerer Weise verpflichtet, den Glauben als wahre Zeugen Christi in Wort und Tat zugleich zu verbreiten und zu verteidigen<sup>19</sup>. In der Teilnahme am eucharistischen Opfer, der Quelle und dem Höhepunkt des ganzen christlichen Lebens, bringen sie das göttliche Opferlamm Gott dar und sich selbst mit ihm<sup>20</sup>; so übernehmen alle bei der liturgischen Handlung ihren je eigenen Teil, sowohl in der Darbringung wie in der heiligen Kommunion, nicht unterschiedslos, sondern die einen so, die anderen anders. Durch den Leib Christi in der heiligen Eucharistiefeyer gestärkt, stellen sie sodann die Einheit des Volkes Gottes, die durch dieses ho!cherhabene Sakrament sinnvoll bezeichnet und wunderbar bewirkt wird, auf anschauliche Weise dar.

Die aber zum Sakrament der Bu!e hinzutreten, erhalten für ihre Gott zugefügten Beleidigungen von seiner Barmherzigkeit Verzeihung und werden zugleich mit der Kirche versöhnt, die sie durch die Sünde verwundet haben und die zu ihrer Bekehrung durch Liebe, Beispiel und Gebet mitwirkt. Durch die heilige Krankensalbung und das Gebet der Priester empfiehlt die ganze Kirche die Kranken dem leidenden und verherrlichten Herrn, daß er sie aufrichte und rette (vgl. Jak 5, 14—16), ja sie ermahnt sie, sich ganz dem Leiden und dem Tode Christi zu vereinigen (vgl. Röm 8, 17; Kol 1, 24; 2 Tim 2, 11—12; 1 Petr 4, 13) und so zum Wohle des Gottesvolkes beizutragen. Wer sodann unter den Gläubigen die Auszeichnung der heiligen Weihe empfängt, wird im Namen Christi dazu eingesetzt, die Kirche durch das Wort und die Gnade Gottes zu weiden. Die christlichen Gatten endlich bezeichnen kraft des Sakramentes der Ehe das Geheimnis der Einheit und der fruchtbaren Liebe zwischen Christus und der Kirche und bekommen daran An-

<sup>18</sup> Cf. S. Thomas, Summa Theol. III, q. 63, a. 2.

<sup>19</sup> Cf. S. Cyrillus Hieros., Catech. 17, de Spiritu Sancto, II, 35—37: PG 33, 1009—1012. Nic. Cabasilas, De vita in Christo, lib. III, de utilitate chrismatis: PG 150, 569—580.

S. Thomas, Summa Theol. III, q. 65, a. 3 et q. 72, a. 1 et 5.  
<sup>20</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. Mediator Dei, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947), praesertim p. 552 s.

<sup>18</sup> Vgl. Thomas v. Aquin, Summa Theol. III, q. 63, a. 2.

<sup>19</sup> Vgl. Cyrill v. Jerusalem, Catech. 17, de Spiritu Sancto, II, 35—37: PG 33, 1009—1012. Nik. Kabasilas, De vita in Christo, lib. III, de utilitate chrismatis: PG 150, 569—580. Thomas v. Aquin, Summa Theol. III, q. 65, a. 3 u. q. 72, a. 1 u. 5.

<sup>20</sup> Vgl. Pius XII, Enz. Mediator Dei, 20. Nov. 1947: AAS 39 (1947) bes. S. 552 f.

(cf. 1 Cor. 7, 7)<sup>21</sup>. Ex hoc enim connubio procedit familia, in qua nascuntur novi societatis humanae cives, qui per Spiritus Sancti gratiam, ad Populum Dei saeculorum decursu perpetuandum, baptismo in filios Dei constituuntur. In hac velut Ecclesia domestica parentes verbo et exemplo sint pro filiis suis primi fidei praecones, et vocationem unicuique propriam, sacram vero peculiari cura, foveant oportet.

Tot ac tantis salutaribus mediis muniti, christifideles omnes, cuiusvis conditionis ac status, ad perfectionem sanctitatis qua Pater ipse perfectus est, sua quisque via, a Domino vocantur.

12. Populus Dei sanctus de munere quoque prophetico Christi participat, vivum Eius testimonium maxime per vitam fidei ac caritatis diffundendo, et Deo hostiam laudis offerendo, fructum laborum confitentium nomini Eius (cf. Hebr. 13, 15). Universitas fidelium, qui unctionem habent a Sancto (cf. 1 Io. 2, 20 et 27), in credendo falli nequit, atque hanc suam peculiarem proprietatem mediante supernaturali sensu fidei totius populi manifestat, cum «ab Episcopis usque ad extremos laicos fideles»<sup>22</sup> universalem suum consensum de rebus fidei et morum exhibet. Illo enim sensu fidei, qui a Spiritu veritatis excitatur et sustentatur, Populus Dei sub ductu sacri magisterii, cui fideliter obsequens, iam non verbum hominum, sed vere accipit verbum Dei (cf. 1 Thess. 2, 13), semel traditae sanctis fidei (cf. Iud. 3), indefectibiliter adhaeret, recto iudicio in eam profundius penetrat eamque in vita plenius applicat.

Idem praeterea Spiritus Sanctus non tantum per sacramenta et ministeria populum Dei sanctificat et ducit eumque virtutibus ornat, sed dona sua «dividens singulis prout vult» (1 Cor. 12, 11), inter

teil (vgl. Eph 5, 32). Sie fördern sich gegenseitig zur Heiligung durch das eheliche Leben sowie in der Annahme und Erziehung der Kinder und haben so in ihrem Lebensstand und in ihrer Ordnung ihre eigene Gabe im Gottesvolk (vgl. 1 Kor 7, 7)<sup>21</sup>. Aus diesem Ehebund nämlich geht die Familie hervor, in der die neuen Bürger der menschlichen Gesellschaft geboren werden, die durch die Gnade des Heiligen Geistes in der Taufe zu Söhnen Gottes gemacht werden, um dem Volke Gottes im Fluß der Zeiten Dauer zu verleihen. Die Eltern sollen in dieser gleichsam häuslichen Kirche durch Wort und Beispiel für ihre Kinder die ersten Glaubensboten sein und die einem jeden eigene Berufung fördern, die geistliche aber mit besonderer Sorgfalt.

Mit so reichen Mitteln zum Heile ausgerüstet, sind alle Christgläubigen in allen Verhältnissen und in jedem Stand je auf ihrem Wege vom Herrn berufen zur Vollendung in der Heiligkeit, in der der Vater selbst vollkommen ist.

12. Das heilige Gottesvolk nimmt auch teil an dem prophetischen Amt Christi, in der Verbreitung seines lebendigen Zeugnisses vor allem durch ein Leben in Glauben und Liebe, in der Darbringung des Lobesopfers an Gott als Frucht der Lippen, die seinen Namen bekennen (vgl. Hebr 13, 15). Die Gesamtheit der Gläubigen, welche die Salbung vom Heiligen haben (vgl. 1 Jo 2, 20 und 27), kann im Glauben nicht irren. Und diese ihre besondere Eigenschaft macht sie durch den übernatürlichen Glaubenssinn des ganzen Volkes dann kund, wenn sie „von den Bischöfen bis zu den letzten gläubigen Laien“<sup>22</sup> ihre allgemeine Übereinstimmung in Sachen des Glaubens und der Sitten äußert. Durch jenen Glaubenssinn nämlich, der vom Geist der Wahrheit geweckt und genährt wird, hält das Gottesvolk unter der Leitung des heiligen Lehramtes, in dessen treuer Gefolgschaft es nicht mehr das Wort von Menschen, sondern wirklich das Wort Gottes empfängt (vgl. 1 Thess 2, 13), den einmal den Heiligen übergebenen Glauben (vgl. Jud 3) unverlierbar fest. Durch ihn dringt es mit rechtem Urteil immer tiefer in den Glauben ein und wendet ihn im Leben voller an.

Derselbe Heilige Geist heiligt außerdem nicht nur das Gottesvolk durch die Sakramente und die Dienstleistungen, er führt es nicht nur und bereichert es mit Tugenden, sondern „teilt den Einzel-

<sup>21</sup> 1 Cor. 7, 7: «Unusquisque proprium donum (idion charisma) habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic». Cf. S. Augustinus, De Dono Persev. 14, 37: PL 45, 1015 s.: «Non tantum continentia Dei donum est, sed coniugatorum etiam castitas».

<sup>22</sup> Cf. S. Augustinus, De Praed. Sanct. 14, 27: PL 44, 980.

<sup>21</sup> 1 Kor 7, 7: „Jeder hat seine eigene Gnadengabe (idion charisma) von Gott: der eine so, der andere aber so.“ Vgl. Augustinus, De Dono Persev. 14, 37: PL 45, 1015 f: „Nicht nur die Enthaltbarkeit ist eine Gabe Gottes, sondern auch die Keuschheit der Verheirateten.“

<sup>22</sup> Vgl. Augustinus, De Praed. Sanct. 14, 27: PL 44, 980.

omnis ordinis fideles distribuit gratias quoque speciales, quibus illos aptos et promptos reddit ad suscipienda varia opera vel officia, pro renovatione et ampliore aedificatione Ecclesiae proficua, secundum illud: «Unicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem» (1 Kor. 12, 7). Quae charismata, sive clarissima, sive etiam simpliciora et latius diffusa, cum sint necessitatibus Ecclesiae apprime accommodata et utilia, cum gratiarum actione ac consolatione accipienda sunt. Dona autem extraordinaria non sunt temere expetenda, neque praesumptuose ab eis sperandi sunt fructus operarum apostolicarum; sed iudicium de eorum genuinitate et ordinato exercitio ad eos pertinet, qui in Ecclesia praesunt, et quibus speciatim competit, non Spiritum extinguere, sed omnia probare et quod bonum est tenere (cf. 1 Thess. 5, 12 et 19—21).

13. Ad novum Populum Dei cuncti vocantur homines. Quapropter hic populus, unus et unicus manens, ad universum mundum et per omnia saecula est dilatandus, ut propositum adimpleatur voluntatis Dei, qui naturam humanam in initio condidit unam, filiosque suos, qui erant dispersi, in unum tandem congregare statuit (cf. Io. 11, 52). Ad hoc enim misit Deus Filium suum, quem constituit heredem universorum (cf. Hebr. 1, 2), ut sit Magister, Rex et Sacerdos omnium, Caput novi et universalis populi filiorum Dei. Ad hoc tandem misit Deus Spiritum Filii sui, Dominum et Vivificantem, qui pro tota Ecclesia et singulis universisque credentibus principium est congregationis et unitatis in doctrina Apostolorum et communione, fractione panis et orationibus (cf. Act. 2, 42, gr.).

Omnibus itaque gentibus terrae inest unus Populus, Dei, cum ex omnibus gentibus mutuatur suos cives, Regni quidem indolis non terrestres, sed caelestis. Cuncti enim per orbem sparsi fideles cum ceteris in Spiritu Sancto communicant, et sic «qui Romae sedet, Indos scit membrum suum esse»<sup>23</sup>. Cum autem Regnum Christi de hoc mundo non sit (cf. Io. 18, 36), ideo Ecclesia seu Populus Dei, hoc Regnum inducens, nihil bono temporali cuiusvis populi subtrahit, sed e contra facultates et copias moresque populorum, quantum bona sunt, fovet et assumit, assumendo vero purificat, roborat et

nen, wie er will“ (1 Kor 12, 11), seine Gaben aus und verteilt unter den Gläubigen jeglichen Standes auch besondere Gnaden. Durch diese macht er sie geeignet und bereit, für die Erneuerung und den gedeihlichen Ausbau der Kirche verschiedene Werke und Dienste zu übernehmen gemäß dem Wort: „Jedem wird der Erweis des Geistes zum Nutzen gegeben“ (1 Kor 12, 7). Solche Gnadengaben, ob sie nun von besonderer Leuchtkraft oder aber schlichter und allgemeiner verbreitet sind, müssen mit Dank und Freude angenommen werden, da sie den Nöten der Kirche besonders angepaßt und nützlich sind. Außerordentliche Gaben dürfen aber nicht unbedacht erstrebt werden. Man darf auch nicht willkürlich Früchte für die apostolische Tätigkeit von ihnen erwarten. Das Urteil über ihre Echtheit und ihren geordneten Gebrauch steht bei jenen, die in der Kirche die Leitung haben und denen es in besonderer Weise zukommt, den Geist nicht auszulöschen, sondern alles zu prüfen und das Gute zu behalten (vgl. 1 Thess 5, 12 u. 19—21).

13. Zum neuen Gottesvolk werden alle Menschen gerufen. Darum muß dieses Volk eines und ein einziges bleiben und sich über die ganze Welt und durch alle Zeiten hin ausbreiten. So soll sich das Ziel des Willens Gottes erfüllen, der das Menschengeschlecht am Anfang als eines gegründet und beschlossen hat, seine Kinder aus der Zerstreuung wieder zur Einheit zu versammeln (vgl. Jo 11, 52). Dazu sandte nämlich Gott seinen Sohn, den er zum Erben des Alls gemacht hat (vgl. Hebr 1, 2), daß er Lehrer, König und Priester aller sei, das Haupt des neuen und allumfassenden Volkes der Söhne Gottes. Dazu sandte Gott schließlich den Geist seines Sohnes, den Herrn und Lebensspender, der für die ganze Kirche und die Gläubigen einzeln und insgesamt der Urgrund der Vereinigung und Einheit in der Lehre der Apostel und in der Gemeinschaft, im Brotbrechen und im Gebet ist (vgl. App 2, 42).

In allen Völkern der Erde wohnt also dieses eine Gottesvolk, da es aus ihnen allen seine Bürger nimmt, Bürger eines Reiches freilich nicht irdischer, sondern himmlischer Natur. Alle über den Erdkreis hin verstreuten Gläubigen stehen mit den übrigen im Heiligen Geiste in Gemeinschaft, und so weiß „der, welcher zu Rom wohnt, daß die Inder seine Glieder sind“<sup>23</sup>. Da aber das Reich Christi nicht von dieser Welt ist (vgl. Jo 18, 36), so entzieht die Kirche oder das Gottesvolk mit der Verwirklichung dieses Reiches nichts dem zeitlichen Wohl irgendeines Volkes. Vielmehr fördert und übernimmt es

<sup>23</sup> Cf. S. Io. Chrysostomus, In Io. Hom. 65, 1: PG 59, 361.

<sup>23</sup> Vgl. Johannes Chrysostomus, In Io. Hom. 65, 1: PG 59, 361.

elevat. Memor est enim se cum illo Rege colligere debere, Cui gentes in hereditatem datae sunt (cf. Ps. 2, 8), et in Cuius civitatem dona et munera adducunt (cf. Ps. 71 [72], 10; Is. 60, 4—7; Apoc. 21, 24). Hic universalitatis character, qui Populum Dei condecorat, ipsius Domini donum est, quo catholica Ecclesia efficaciter et perpetuo tendit ad recapitulandam totam huminitatem cum omnibus bonis eius, sub Capite Christo, in unitate Spiritus Eius<sup>24</sup>.

Vi huius catholicitatis, singulae partes propria dona ceteris partibus et toti Ecclesiae afferunt, ita ut totum et singulae partes augeantur ex omnibus invicem communicantibus et ad plenitudinem in unitate conspirantibus. Inde fit ut Populus Dei non tantum ex diversis populis congregetur, sed etiam in seipso ex variis ordinibus conflatur. Adest enim inter membra eius diversitas, sive secundum officia, dum aliqui sacro ministerio in bonum fratrum suorum funguntur, sive secundum condicionem et vitae ordinationem, dum plures in statu religioso, arctiore via ad sanctitatem tendentes, fratres exemplo suo stimulant. Inde etiam in ecclesiastica communione legitime adsunt Ecclesiae particulares, propriis traditionibus fruente, integro manente primatu Petri Cathedrae, quae universo caritatis coetui praesidet<sup>25</sup>, legitimas varietates tuetur et simul invigilat ut particularia, nedum unitati noceant, ei potius inserviant. Inde denique inter diversas Ecclesiae partes vincula intimae communionis quoad divitias spirituales, operarios apostolicos et temporalia subsidia. Ad communicandum enim bona vocantur membra Populi Dei, et de singulis etiam Ecclesiis valent verba Apostoli: «Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei» (1 Petr. 4, 10).

Ad hanc igitur catholicam Populi Dei unitatem, quae pacem universalem praesignat et promovet, omnes vocantur homines, ad eamque variis modis pertinent vel ordinantur sive fideles catholici, sive alii credentes in Christo, sive denique omnes universaliter homines, gratia Dei ad salutem vocati.

Anlagen, Fähigkeiten und Sitten der Völker, soweit sie gut sind. Bei dieser Übernahme reinigt, kräftigt und hebt es sie aber auch. Sie ist dessen eingedenk, daß sie mit jenem König sammeln muß, dem die Völker zum Erbe gegeben sind (vgl. Ps 2, 8) und in dessen Stadt sie Gaben und Geschenke herbeibringen (vgl. Ps 71 [72], 10; Is 60, 4—7; Apk 21, 24). Diese Eigenschaft der Weltweite, die das Gottesvolk auszeichnet, ist Gabe des Herrn selbst. In ihr strebt die katholische Kirche mit Tatkraft und Stetigkeit danach, die ganze Menschheit mit all ihren Gütern unter dem einen Haupt Christus zusammenzufassen in der Einheit seines Geistes<sup>24</sup>.

Kraft dieser Katholizität bringen die einzelnen Teile ihre eigenen Gaben den übrigen Teilen und der ganzen Kirche hinzu, so daß das Ganze und die einzelnen Teile zunehmen aus allen, die Gemeinschaft miteinander halten und zur Fülle in Einheit zusammenwirken. So kommt es, daß das Gottesvolk nicht nur aus den verschiedenen Völkern sich sammelt, sondern auch in sich selbst aus verschiedenen Ordnungen verschmolzen wird. Unter seinen Gliedern herrscht eine Verschiedenheit, sei es in den Ämtern, da manche im heiligen Dienst zum Nutzen ihrer Brüder wirken, sei es in Stand und Lebensordnung, da viele im Ordensstand auf einem engeren Weg nach Heiligkeit trachten und die Brüder durch ihr Beispiel anspornen. Darum gibt es auch in der kirchlichen Gemeinschaft zu Recht Teilkirchen, die aus ihren eigenen Überlieferungen leben, unbeschadet des Primats des Stuhles Petri, welcher der gesamten Liebesgemeinschaft vorsteht<sup>25</sup>, die rechtmäßigen Verschiedenheiten schützt und zugleich darüber wacht, daß die Besonderheiten der Einheit nicht nur nicht schaden, sondern ihr vielmehr dienen. Daher bestehen schließlich zwischen den verschiedenen Teilen der Kirche die Bande einer innigen Gemeinschaft der geistigen Güter, der apostolischen Arbeiter und der zeitlichen Hilfsmittel. Zu dieser Gütergemeinschaft nämlich sind die Glieder des Gottesvolkes berufen, und auch von den Einzelkirchen gelten die Worte des Apostels: „Dienet einander, jeder mit der Gnadengabe, wie er sie empfangen hat, als gute Verwalter der vielfältigen Gnadengaben Gottes“ (1 Petr 4, 10).

Zu dieser katholischen Einheit des Gottesvolkes, die den allumfassenden Frieden bezeichnet und fördert, sind alle Menschen berufen. Auf verschiedene Weise gehören ihr zu oder sind ihr zugeordnet die katholischen Gläubigen, die anderen an Christus Glaubenden und schließlich alle Menschen über-

<sup>24</sup> Cf. S. Irenaeus, Adv. Haer. III, 16, 6; III, 22, 1—3: PG 7, 925 C—926 A et 955 C—958 A; Harvey 2, 87 s. et 120 ad 123; Sagnard, ed. Sources Chrét., pp. 290—292 et 372 ss.

<sup>25</sup> Cf. S. Ignatius M., Ad Rom., Praef.: ed. Funk, I, p. 252.

<sup>24</sup> Vgl. Irenäus, Adv. Haer. III, 16, 6; III, 22, 1—3: PG 7, 925 C—926 A u. 955 C—958 A; Harvey, 2, 87 f u. 120 bis 123; Sagnard, ed. Sources Chr., 290—292 u. 372 ff.

<sup>25</sup> Vgl. Ignatius v. A., Ad Rom., Vorrede: ed. Funk I, 252.



14. Ad fideles ergo catholicos imprimis Sancta Synodus animum vertit. Docet autem, Sacra Scriptura et Traditione innixa, Ecclesiam hanc peregrinam necessariam esse ad salutem. Unus enim Christus est Mediator ac via salutis, qui in Corpore suo, quod est Ecclesia, praesens nobis fit; Ipse autem necessitatem fidei et baptismi expressis verbis inculando (cf. Marc. 16, 16; Io. 3, 5), necessitatem Ecclesiae, in quam homines per baptismum tamquam per ianuam intrant, simul confirmavit. Quare illi homines salvari non possent, qui Ecclesiam Catholicam a Deo per Iesum Christum ut necessariam esse conditam non ignorantes, tamen vel in eam intrare, vel in eadem perseverare noluerint.

Illi plene Ecclesiae societati incorporantur, qui Spiritum Christi habentes, integram eius ordinationem omniaque media salutis in ea instituta accipiunt, et in eiusdem compage visibili cum Christo, eam per Summum Pontificem atque Episcopos regente, iunguntur, vinculis nempe professionis fidei, sacramentorum et ecclesiastici regiminis ac communionis. Non salvatur tamen, licet Ecclesiae incorporetur, qui in caritate non perseverans, in Ecclesiae sinu «corpore» quidem, sed non «corde» remanet<sup>26</sup>. Memores autem sint omnes Ecclesiae filii condicionem suam eximiam non propriis meritis, sed peculiari gratiae Christi esse adscribendam; cui si cogitatione, verbo et opere non respondent, nedum salventur, severius iudicabuntur<sup>27</sup>.

Catechumeni qui, Spiritu Sancto movente, explicita voluntate ut Ecclesiae incorporarentur expetunt, hoc ipso voto cum ea coniunguntur; quos iam ut suos dilectione curaque complectitur Mater Ecclesia.

15. Cum illis qui, baptizati, christiano nomine decorantur, integram autem fidem non profitentur vel unitatem communionis sub Successore Petri non servant, Ecclesia semetipsam novit plures ob ra-

haupt, die durch die Gnade Gottes zum Heile berufen sind.

14. Den katholischen Gläubigen wendet die Heilige Synode besonders ihre Aufmerksamkeit zu. Gestützt auf die Heilige Schrift und die Tradition, lehrt sie, daß diese pilgernde Kirche zum Heile notwendig sei. Der eine Christus ist Mittler und Weg zum Heil, der in seinem Leib, der Kirche, uns gegenwärtig wird; indem er aber selbst mit ausdrücklichen Worten die Notwendigkeit des Glaubens und der Taufe betont hat (vgl. Mk 16, 16; Jo 3, 5), hat er zugleich die Notwendigkeit der Kirche, in die die Menschen durch die Taufe wie durch eine Türe eintreten, bekräftigt. Darum könnten jene Menschen nicht gerettet werden, die um die katholische Kirche und ihre von Gott durch Christus gestiftete Heilnotwendigkeit wissen, in sie aber nicht eintreten oder in ihr nicht ausharren wollten.

Jene werden der Gemeinschaft der Kirche voll eingegliedert, die, im Besitze des Geistes Christi, ihre ganze Ordnung und alle in ihr eingerichteten Heilmittel annehmen, und in ihrem sichtbaren Verband mit Christus, der sie durch den Papst und die Bischöfe leitet, verbunden sind, und dies durch die Bande des Glaubensbekenntnisses, der Sakramente und der kirchlichen Leitung und Gemeinschaft. Nicht gerettet wird aber, wer, obwohl der Kirche eingegliedert, in der Liebe nicht verharret und im Schoße der Kirche zwar „dem Leibe“, aber nicht „dem Herzen“ nach verbleibt<sup>26</sup>. Alle Söhne der Kirche sollen aber dessen eingedenk sein, daß ihre ausgezeichnete Stellung nicht den eigenen Verdiensten, sondern der besonderen Gnade Christi zuzuschreiben ist; wenn sie ihr im Denken, Reden und Handeln nicht entsprechen, wird ihnen statt Heil strengeres Gericht zuteil<sup>27</sup>.

Die Katechumenen, die, getrieben vom Heiligen Geist, mit ausdrücklicher Willensäußerung um Aufnahme in die Kirche bitten, werden durch eben dieses Begehren mit ihr verbunden. Die Mutter Kirche umfaßt sie schon in liebender Sorge als die Ihrigen.

15. Mit jenen, die durch die Taufe der Ehre des Christennamens teilhaft sind, den vollen Glauben aber nicht bekennen oder die Kommunionseinheit unter dem Nachfolger Petri nicht wahren, weiß sich die Kirche aus mehrfachem Grunde verbun-

<sup>26</sup> Cf. S. Augustinus, Bapt. c. Donat. V, 28, 39: PL 43, 197: «Certe manifestum est, id quod dicitur, in Ecclesia intus et foris, in corde, non in corpore cogitandum». Cf. ib., III, 19, 26: col. 152; V, 18, 24: col. 189; In Io. Tr. 61, 2: PL 35, 1800, et alibi saepe.

<sup>27</sup> Cf. Lc. 12, 48: «Omni autem, cui multum datum est, multum quaeretur ab eo». Cf. etiam Mt. 5, 19—20; 7, 21—22; 25, 41—46; Iac. 2, 14.

<sup>26</sup> Vgl. Augustinus, Bapt. c. Donat. V, 28, 39: PL 43, 197: „Ganz offenbar ist die Redeweise: ‚in der Kirche drinnen oder draußen‘ vom Herzen, nicht vom Leibe zu verstehen.“ Vgl. ebd. III, 19, 26: Sp. 152; V, 18, 24: Sp. 189; In Io. Tr. 61, 2: PL 35, 1800; und anderwärts oft.

<sup>27</sup> Vgl. Lk 12, 48: „Von dem aber, dem viel gegeben ist, wird viel verlangt werden.“ Vgl. auch Mt 5, 19—20; 7, 21—22; 25, 41—46; Jak 2, 14.

tiones coniunctam<sup>28</sup>. Sunt enim multi, qui sacram Scripturam ut normam credendi et vivendi in honore habent sincerumque zelum religiosum ostendunt, amanter credunt in Deum Patrem omnipotentem et in Christum, Filium Dei Salvatorem<sup>29</sup>, baptismo signantur, quo Christo coniunguntur, imo et alia sacramenta in propriis Ecclesiis vel communitatibus ecclesiasticis agnoscunt et recipiunt. Plures inter illos et episcopatu gaudent, Sacram Eucharistiam celebrant necnon pietatem erga Deiparam Virginem fovant<sup>30</sup>. Accedit orationum aliorumque beneficiorum spiritualium communio; imo vera quaedam in Spiritu Sancto coniunctio, quippe qui donis et gratis etiam in illis sua virtute sanctificante operatur, et quosdam illorum usque ad sanguinis effusionem roboravit. Ita Spiritus in cunctis Christi discipulis desiderium actionemque suscitatur, ut omnes, modo a Christo statuto, in uno grege sub uno Pastore pacifice uniantur<sup>31</sup>. Quod ut obtineat, Ecclesia Mater precari, sperare et agere non desinit, filiosque ad purificationem et renovationem exhortatur, ut signum Christi super faciem Ecclesiae clarior effulgeat.

16. Ii tandem qui Evangelium nondum acceperunt, ad Populum Dei diversis rationibus ordinantur<sup>32</sup>. In primis quidem populus ille cui data fuerunt testamenta et promissa et ex quo Christus ortus est secundum carnem (cf. Rom. 9, 4—5), populus secundum electionem carissimus propter patres: sine poenitentia enim sunt dona et vocatio Dei (cf. Rom. 11, 28—29). Sed propositum salutis et eos amplectitur, qui Creatorem agnoscunt, inter quos imprimis Musulmanos, qui fidem Abrahae se tenere profitentes, nobiscum Deum adorant unicum, misericordem, homines die novissimo iudicaturum. Neque ab aliis, qui in umbris et imaginibus Deum ignotum quaerunt, ab huiusmodi Deus ipse longe est, cum det omnibus vitam et inspirationem et omnia (cf. Act. 17, 25—28), et Salvator velit omnes homines salvos fieri (cf. 1 Tim. 2, 4). Qui enim Evangelium Christi Eiusque Ecclesiam sine culpa ignorantes, Deum tamen sincero corde quaerunt,

den<sup>28</sup>. Viele nämlich halten die Schrift als Glaubens- und Lebensnorm in Ehren, zeigen einen aufrichtigen religiösen Eifer, glauben in Liebe an Gott, den allmächtigen Vater, und an Christus, den Sohn Gottes und Erlöser<sup>29</sup>, empfangen das Zeichen der Taufe, wodurch sie mit Christus verbunden werden; ja sie anerkennen und empfangen auch andere Sakramente in ihren eigenen Kirchen oder kirchlichen Gemeinschaften. Viele unter ihnen sind der Bischofswürde teilhaft, feiern die heilige Eucharistie und pflegen die Verehrung der jungfräulichen Gottesmutter<sup>30</sup>. Dazu kommt die Gemeinschaft im Gebet und in anderen geistlichen Gütern; ja sogar eine wahre Verbindung im Heiligen Geiste, der in Gaben und Gnaden auch in ihnen mit seiner heiligen Kraft wirksam ist und manche von ihnen bis zur Vergießung des Blutes gestärkt hat. So erweckt der Geist in allen Jüngern Christi Sehnsucht und Tat, daß alle in der von Christus angeordneten Weise in der einen Herde unter dem einen Hirten in Frieden geeint werden mögen<sup>31</sup>. Um dies zu erlangen, betet, hofft und wirkt die Mutter Kirche unaufhörlich, ermahnt sie ihre Söhne zur Läuterung und Erneuerung, damit das Zeichen Christi auf dem Antlitz der Kirche klarer erstrahle.

16. Diejenigen endlich, die das Evangelium noch nicht angenommen haben, sind auf das Gottesvolk auf verschiedene Weisen hingeeordnet<sup>32</sup>. In erster Linie jenes Volk, dem der Bund und die Verheißungen gegeben worden sind und aus dem Christus dem Fleische nach geboren ist (vgl. Röm 9, 4—5), dieses seiner Erwählung nach um der Väter willen so teure Volk: die Gaben und Berufung Gottes nämlich sind ohne Reue (vgl. Röm 11, 28—29). Der Heilswille umfaßt aber auch die, welche den Schöpfer anerkennen, unter ihnen besonders die Muselmanen, die sich zum Glauben Abrahams bekennen und mit uns den einen Gott anbeten, den barmherzigen, der die Menschen am Jüngsten Tag richten wird. Aber auch den anderen, die in Schatten und Bildern den unbekanntem Gott suchen, ist dieser Gott nicht ferne, da er allen Leben und Atem und alles gibt (vgl. Apg 17, 25—28) und als Retter alle Menschen heilmachen will (vgl. 1 Tim 2, 4). Wer nämlich das Evangelium Christi und seine

<sup>28</sup> Cf. Leo XIII, Epist. Apost. Praeclara gratulationis, 20 iun. 1894: ASS 26 (1893—94) p. 707.

<sup>29</sup> Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. Satis cognitum, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895—96) p. 738. Epist. Encycl. Caritatis studium, 25 iul. 1898: ASS 31 (1898—99) p. 11. Pius XII, Nuntius radioph. Nell'alba, 24 dec. 1941: AAS 34 (1942) p. 21.

<sup>30</sup> Cf. Pius XI, Litt. Encycl. Rerum Orientalium, 8 sept. 1928: AAS 20 (1928) p. 287. Pius XII, Litt. Encycl. Orientalis Ecclesiae, 9 apr. 1944: AAS 36 (1944) p. 137.

<sup>31</sup> Cf. Instr. S. S. C. S. Officii, 20 dec. 1949: AAS 42 (1950) p. 142.

<sup>32</sup> Cf. S. Thomas, Summa Theol. III, q. 8, a. 3, ad. 1.

<sup>28</sup> Vgl. Leo XIII, Apost. Schreiben Praeclara gratulationis, 20. Juni 1894: ASS 26 (1893—94) 707.

<sup>29</sup> Vgl. Leo XIII, Enz. Satis cognitum, 29. Juni 1896: ASS 28 (1895—96) 738. Enz. Caritatis studium, 25. Juli 1898: ASS 31 (1898—99) 11. Pius XII, Radiobotschaft Nell'alba, 24. Dez. 1941: AAS 34 (1942) 21.

<sup>30</sup> Vgl. Pius XI, Enz. Rerum Orientalium, 8. Sept. 1928: AAS 20 (1928) 287. Pius XII, Enz. Orientalis Ecclesiae, 9. April 1944: AAS 36 (1944) 137.

<sup>31</sup> Vgl. Instruktion des Heiligen Offiziums vom 20. Dez. 1949: AAS 42 (1950) 142.

<sup>32</sup> Vgl. Thomas v. Aquin, Summa Theol. III, q. 8, a. 3, ad. 1.

Eiusque voluntatem per conscientiae dictamen agnitam, operibus adimplere, sub gratiae influxu, conantur, aeternam salutem consequi possunt<sup>33</sup>. Nec divina Providentia auxilia ad salutem necessaria denegat his qui sine culpa ad expressam agnitionem Dei nondum pervenerunt et rectam vitam non sine divina gratia assequi nituntur. Quidquid enim boni et veri apud illos invenitur, ab Ecclesia tamquam praeparatio evangelica aestimatur<sup>34</sup> et ab Illo datum qui illuminat omnem hominem, ut tandem vitam habeat. At saepius homines, a Maligno decepti, evanuerunt in cogitationibus suis, et commutaverunt veritatem Dei in mendacium, servientes creaturae magis quam Creatori (cf. Rom. 1, 21 et 25) vel sine Deo viventes ac morientes in hoc mundo, extremae desperationi exponuntur. Quapropter ad gloriam Dei et salutem istorum omnium promovendam, Ecclesia, memor mandati Domini dicentis: «Praedicate Evangelium omni creaturae» (Marc. 16, 16), missiones fovere sedulo curat.

17. Sicut enim Filius missus est a Patre, et Ipse Apostolos misit (cf. Io. 20, 21), dicens: «Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi» (Matth. 28, 18—20). Quod solemne Christi mandatum annuntiandi veritatem salutarem Ecclesia ab Apostolis recepit adimplendum usque ad ultimum terrae (cf. Act. 1, 8). Unde sua facit verba Apostoli: «Vae . . . mihi est si non evangelizavero!» (1 Cor. 9, 16), ideoque in mittendis praeconibus indesinenter pergit, usquedum novellae Ecclesiae plene constituentur atque opus evangelizandi et ipsae continent. A Spiritu Sancto enim ad cooperandum compellitur, ut propositum Dei, qui Christum principium salutis pro universo mundo constituit, effectu compleatur. Praedicando Evangelium, Ecclesia audientes ad fidem confessionemque fidei allicit, ad baptismum disponit, a servitute erroris eripit, eosque Christo incorporat, ut per caritatem in Illum usque ad plenitudinem crescant. Opera autem sua efficit ut quidquid boni in corde menteque hominum vel in propriis ritibus et culturis populorum semi-

Kirche ohne Schuld nicht kennt, Gott aber aus ehrlichem Herzen sucht, seinen im Anruf des Gewissens erkannten Willen unter dem Einfluß der Gnade in der Tat zu erfüllen trachtet, kann das ewige Heil erlangen<sup>33</sup>. Die göttliche Vorsehung verweigert auch denen das zum Heil Notwendige nicht, die ohne Schuld noch nicht zur ausdrücklichen Anerkennung Gottes gekommen sind, jedoch, nicht ohne die Hilfe der göttlichen Gnade, das rechte Leben zu erreichen suchen. Was sich nämlich an Gutem und Wahren bei ihnen findet, wird von der Kirche als Vorbereitung für die Frohbotschaft<sup>34</sup> und als Gabe dessen geschätzt, der jeden Menschen erleuchtet, damit er schließlich das Leben habe. Vom Bösen getäuscht, wurden freilich die Menschen oft eitel in ihren Gedanken, vertauschten die Wahrheit Gottes mit der Lüge und dienten der Schöpfung mehr als dem Schöpfer (vgl. Röm 1, 21 u. 25) oder sind, ohne Gott in dieser Welt lebend und sterbend, der äußersten Verzweiflung ausgesetzt. Daher ist die Kirche eifrig bestrebt, zur Ehre Gottes und zum Nutzen des Heils all dieser Menschen die Missionen zu fördern, eingedenk des Befehls des Herrn, der gesagt hat: „Predigt das Evangelium der ganzen Schöpfung“ (Mk 16, 16).

17. Wie nämlich der Sohn vom Vater gesandt ist, so hat er selbst die Apostel gesandt (vgl. Jo 20, 21) mit den Worten: „Gehet hin und lehret alle Völker, taufet sie im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes, lehret sie alles halten, was ich euch geboten habe. Und siehe, ich bin bei euch alle Tage bis ans Ende der Welt“ (Mt 28, 18—20). Diesen feierlichen Auftrag Christi zur Verkündigung der Heilswahrheit hat die Kirche von den Aposteln erhalten und muß ihn erfüllen bis zu den Grenzen der Erde (vgl. Apg 1, 8). Daher macht sie sich die Worte des Apostels zu eigen: „Weh . . . mir, wenn ich die Frohbotschaft nicht verkünde!“ (1 Kor 9, 16). Unablässig fährt sie darum fort, Verkünder auszusenden, bis die neuen Kirchen voll errichtet sind und auch selbst das Werk der Verkündigung fortsetzen können. Sie wird nämlich vom Heiligen Geiste angetrieben mitzuwirken, daß der Ratschluß Gottes, der Christus zum Ursprung des Heils für die ganze Welt bestellt hat, von Erfolg gekrönt werde. In der Verkündigung der Frohbotschaft sucht die Kirche die Hörer zum Glauben und zum Bekenntnis des Glaubens zu bringen, bereitet sie für die Taufe vor, befreit sie aus der Knechtschaft des Irrtums und gliedert sie Christus ein, damit sie durch die Liebe bis zur Fülle in ihn hineinwachsen.

<sup>33</sup> Cf. Epist. S. S. C. S. Officii ad Archiep. Boston.: Denz. 3869—72.

<sup>34</sup> Cf. Eusebius Caes., Praeparatio Evangelica, 1, 1: PG 21, 28 AB.

<sup>33</sup> Vgl. Brief des Heiligen Offiziums an den Erzbischof von Boston: Denz. 3869—3872.

<sup>34</sup> Vgl. Eusebius v. Caes., Praeparatio Evangelica 1, 1: PG 21, 28 AB.

natum invenitur, non tantum non pereat, sed sanetur, elevetur et consummetur ad gloriam Dei, confusionem daemonis et beatitudinem hominis. Cuilibet discipulo Christi onus fidei disseminandae pro parte sua incumbit<sup>35</sup>. Sed si quilibet credentes baptizare potest, sacerdotis tamen est aedificationem Corporis sacrificio eucharistico perficere, adimplendo verba Dei per prophetam: «Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda» (Mal. 1, 11)<sup>36</sup>. Ita autem simul orat et laborat Ecclesia, ut in Populum Dei, Corpus Domini et Templum Spiritus Sancti, totius mundi transeat plenitudo, et in Christo, omnium Capite, reddatur universorum Creatori ac Patri omnis honor et gloria.

### CAPUT III

#### De constitutione hierarchica Ecclesiae et in specie de episcopatu

18. Christus Dominus, ad Populum Dei pascendum semperque augendum, in Ecclesia sua varia ministeria instituit, quae ad bonum totius Corporis tendunt. Ministri enim, qui sacra potestate pollent, fratribus suis inserviunt, ut omnes qui de Populo Dei sunt, ideoque vera dignitate christiana gaudent, ad eundem finem libere et ordinatim conspirantes, ad salutem perveniant.

Haec Sacrosancta Synodus, Concilii Vaticani primi vestigia premens, cum eo docet et declarat Iesum Christum Pastorem aeternum sanctam aedificasse Ecclesiam, missis Apostolis sicut Ipse missus erat a Patre (cf. Io. 20, 21); quorum successores, videlicet Episcopos, in Ecclesia sua usque ad consummationem saeculi pastores esse voluit. Ut vero Episcopatus ipse unus et indivisus esset, beatum Petrum ceteris Apostolis praeposuit in ipsoque instituit perpetuum ac visibile unitatis fidei et com-

Ihre Mühe aber bewirkt, daß aller Same des Guten, der sich in Herz und Geist der Menschen oder in den eigenen Riten und Kulturen der Völker findet, nicht nur nicht untergehe, sondern geheilt, erhoben und vollendet werde zur Ehre Gottes, zur Beschämung des Teufels und zur Beseligung des Menschen. Jedem Jünger Christi obliegt die Pflicht, nach seinem Teil den Glauben auszusäen<sup>35</sup>. Wenn auch jeder die Glaubenden taufen kann, so ist es doch Sache des Priesters, die Auferbauung des Leibes durch das eucharistische Opfer zu vollenden und so die Worte Gottes, die er durch den Propheten gesprochen hat, zu erfüllen: „Vom Aufgang der Sonne bis zu ihrem Untergang ist mein Name groß unter den Völkern, und an jedem Ort wird geopfert und meinem Namen eine reine Opfergabe dargebracht“ (Mal 1, 11)<sup>36</sup>. So aber betet und arbeitet die Kirche zu gleicher Zeit, daß die Fülle der ganzen Welt in das Volk Gottes eingehe, in den Leib des Herrn und Tempel des Heiligen Geistes, und daß in Christus, dem Haupte aller, jegliche Ehre und Herrlichkeit dem Schöpfer und Vater des Alls gegeben werde.

### DRITTES KAPITEL

#### Der hierarchische Aufbau der Kirche, insbesondere das Bischofsamt

18. Um Gottes Volk zu weiden und immerfort zu vermehren, hat Christus der Herr in seiner Kirche verschiedene Dienstämter eingesetzt, die auf das Wohl des ganzen Leibes ausgerichtet sind. Denn die Amtsträger, die mit heiliger Vollmacht ausgestattet sind, stehen im Dienste ihrer Brüder, damit alle, die zum Volke Gottes gehören und sich daher der wahren Würde eines Christen erfreuen, in freier und geordneter Weise sich auf das nämliche Ziel hin ausstrecken und so zum Heile gelangen.

Diese Heilige Synode tritt in die Spuren des ersten Vatikanischen Konzils und lehrt und erklärt feierlich mit ihm, daß der ewige Hirt Jesus Christus die heilige Kirche gebaut hat, indem er die Apostel sandte wie er selbst gesandt war vom Vater (vgl. Jo 20, 21). Er wollte, daß deren Nachfolger, die Bischöfe, in seiner Kirche bis zur Vollendung der Weltzeit Hirten sein sollten. Damit aber der bischöfliche Dienst selbst einer und ungeteilt sei, hat er den heiligen Petrus an die Spitze der übrigen

<sup>35</sup> Cf. Benedictus XV, Epist. Apost. Maximum illud: AAS 11 (1919) p. 440, praesertim p. 451 ss. Pius XI, Litt. Encycl. Rerum Ecclesiae: AAS 18 (1926) pp. 68—69. Pius XII, Litt. Encycl. Fidei Donum, 21 apr. 1957: AAS 49 (1957) pp. 236—237.

<sup>36</sup> Cf. Didache, 14: ed. Funk, I, p. 32. S. Iustinus, Dial. 41: PG 6, 564. S. Irenaeus, Adv. Haer. IV, 17, 5: PG 7, 1023; Harvey, 2, p. 199 s. Conc. Trid., Sess. 22, cap. 1: Denz. 939 (1742).

<sup>35</sup> Vgl. Benedict XV, Apost. Schreiben Maximum illud: AAS 11 (1919) 440, bes. S. 451 ff. Pius XI, Enz. Rerum Ecclesiae: AAS 18 (1926) 68—69. Pius XII, Enz. Fidei donum, 21. April 1957: AAS 49 (1957) 236—237.

<sup>36</sup> Vgl. Didache, 14: ed. Funk I, 32. Justin, Dial. 41: PG 6, 564. Irenäus, Adv. Haer. IV, 17, 5: PG 7, 1023; Harvey 2, 199 f. Konzil von Trient, Sess. 22, cap. 1: Denz. 939 (1742).

munionis principium et fundamentum<sup>37</sup>. Quam doctrinam de institutione, perpetuitate, vi ac ratione sacri Primatus Romani Pontificis deque eius infallibili Magisterio, Sacra Synodus cunctis fidelibus firmiter credendam rursus proponit, et in eodem incepto pergens, doctrinam de Episcopis, successoribus Apostolorum, qui cum successore Petri, Christi Vicario<sup>38</sup> ac totius Ecclesiae visibili Capite, domum Dei viventis regunt, coram omnibus profiteri et declarare constituit.

19. Dominus Iesus, precibus ad Patrem fuis, vocans ad Se quos voluit Ipse, duodecim constituit ut essent cum Illo et ut mitteret eos praedicare Regnum Dei (cf. Marc. 3, 13—19; Matth. 10, 1—42); quos Apostolos (cf. Luc. 6, 13) ad modum collegii seu coetus stabilis instituit, cui ex iisdem electum Petrum praefecit (cf. Io. 21, 15—17). Eos ad filios Israel primum et ad omnes gentes misit (cf. Rom. 1, 16), ut suae participes potestatis, omnes populos discipulos Ipsius facerent, eosque sanctificarent et gubernarent (cf. Matth. 28, 16—20; Marc. 16, 15; Luc. 24, 45—48; Io. 20, 21—23), sicque Ecclesiam propagarent, eamque sub ductu Domini ministrando pascerent, omnibus diebus usque ad consummationem saeculi (cf. Matth. 28, 20). In qua missione die Pentecostes plene confirmati sunt (cf. Act. 2, 1—26) secundum promissum Domini: «Accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos, et eritis Mihi testes in Ierusalem, et in omni Iudaea et Samaria, et usque ad ultimum terrae» (Act. 1, 8). Apostoli autem praedicando ubique Evangelium (cf. Marc. 16, 20), ab audientibus Spiritu Sancto operante acceptum, Ecclesiam congregant universalem, quam Dominus in Apostolis condidit et supra beatum Petrum, eorum principem, aedificavit, ipso summo angulari lapide Christo Iesu (cf. Apoc. 21, 14; Matth. 16, 18; Eph. 2, 20)<sup>39</sup>.

Apostel gestellt und in ihm ein immerwährendes und sichtbares Prinzip und Fundament der Glaubens- und der Kommunionseinheit gesetzt<sup>37</sup>. Diese Lehre über Einrichtung, Dauer, Gewalt und Sinn des dem römischen Bischof zukommenden heiligen Primates sowie über dessen unfehlbares Lehramt legt die Heilige Synode abermals allen Gläubigen fest zu glauben vor. Das damals Begonnene fortführend, hat sie sich entschlossen, nun die Lehre von den Bischöfen, den Nachfolgern der Apostel, die mit dem Nachfolger Petri, dem Stellvertreter Christi<sup>38</sup> und sichtbaren Haupt der ganzen Kirche, zusammen das Haus des lebendigen Gottes leiten, vor aller Welt zu bekennen und zu erklären.

19. Der Herr Jesus rief, nachdem er sich betend an den Vater gewandt hatte, die zu sich, die er selbst wollte, und bestimmte zwölf, daß sie mit ihm seien und er sie sende, das Reich Gottes zu verkündigen (vgl. Mk 3, 13—19; Mt 10, 1—42). Diese Apostel (vgl. Lk 6, 13) setzte er nach Art eines Kollegiums oder einer festen Gemeinschaft ein, an deren Spitze er den aus ihrer Mitte erwählten Petrus stellte (vgl. Jo 21, 15—17). Er sandte sie zuerst zu den Kindern Israels und dann zu allen Völkern (vgl. Röm 1, 16), damit sie in Teilhabe an seiner Gewalt alle Völker zu seinen Jüngern machten und sie heiligten und leiteten (vgl. Mt 28, 16—20; Mk 16, 15; Lk 24, 45—48; Jo 20, 21—23). So sollten sie die Kirche ausbreiten und unter der Leitung des Herrn durch ihr Dienen weiden alle Tage bis zum Ende der Welt (vgl. Mt 28, 20). In dieser Sendung wurden sie am Pfingsttag voll bekräftigt (vgl. Apg 2, 1—26) gemäß der Verheißung des Herrn: „Ihr werdet die Kraft des Heiligen Geistes empfangen, der über euch kommen wird, und werdet mir Zeugen sein in Jerusalem und in ganz Judäa und Samaria und bis ans Ende der Erde“ (Apg 1, 8). Die Apostel aber verkündigten allenthalben die frohe Botschaft (vgl. Mk 16, 20), die von den Hörenden kraft des Heiligen Geistes angenommen wurde, und versammelten so die universale Kirche, die der Herr in den Aposteln gegründet und auf den heiligen Petrus, ihren Vorsteher, gebaut hat: Christus Jesus selbst aber ist der Eckstein (vgl. Apg 21, 14; Mt 16, 18; Eph 2, 20)<sup>39</sup>.

<sup>37</sup> Cf. Conc. Vat. I, Sess. IV, Const. Dogm. Pastor aeternus: Denz. 1821 (3050 s.).

<sup>38</sup> Cf. Conc. Flor., Decretum pro Graecis: Denz. 694 (1307) et Conc. Vat. I, ib.: Denz. 1826 (3059).

<sup>39</sup> Cf. Liber sacramentorum S. Gregorii, Praef. in natali S. Matthiae et S. Thomae: PL 78, 51 et 152; cf. Cod. Vat. lat. 3548, f. 18. S. Hilarius, In Ps. 67, 10: PL 9, 450; CSEL 22, p. 286. S. Hieronymus, Adv. Iovin. 1, 26: PL 23, 247 A. S. Augustinus, In Ps. 86, 4: PL 37, 1103. S. Gregorius M., Mor. in Iob, XXVIII, V: PL 76, 455—456. Primasius, Comm. in Apoc. V: PL 68, 924 BC. Paschasius Radb., In Matth. L. VIII, cap. 16: PL 120, 561 C. Cf. Leo XIII, Epist. Et sane, 17 dec. 1888: ASS 21 (1888) p. 321.

<sup>37</sup> Vgl. I. Vat. Konzil, Sess. IV, Const. Dogm. Pastor aeternus: Denz. 1821 (3050 f.).

<sup>38</sup> Vgl. Konzil v. Florenz, Decretum pro Graecis: Denz. 694 (1307) u. I. Vat. Konzil: ebd. Denz. 1826 (3059).

<sup>39</sup> Vgl. Liber sacramentorum S. Gregorii, Präfationen zu den Festen St. Matthias u. St. Thomas: PL 78, 51 u. 152; vgl. Cod. Vat. lat. 3548, f. 18. Hilarius v. Poitiers, In Ps. 67, 10: PL 9, 450; CSEL 22, 286. Hieronymus, Adv. Iovin. 1, 26: PL 23, 247 A. Augustinus, In Ps. 86, 4: PL 37, 1103. Gregor d. Gr., Mor. in Iob, XXVIII, V: PL 76, 455—456. Primasius, Comm. in Apoc. V: PL 68, 924 BC. Paschasius Radb., In Mt. L. VIII, Kap. 16: PL 120, 561 C. Vgl. Leo XIII, Epist. Et sane, 17. Dez. 1888: ASS 21 (1888) 321.

20. *Missio illa divina, a Christo Apostolis concredita, ad finem saeculi erit duratura* (cf. Matth. 28, 20), cum Evangelium, ab eis tradendum, sit in omne tempus pro Ecclesia totius vitae principium. Quapropter Apostoli, in hac societate hierarchice ordinata, de instituendis successoribus curam egerunt.

Non solum enim varios adiutores in ministerio habuerunt<sup>40</sup>, sed ut *missio ipsis concredita post eorum mortem continuaretur, cooperatoribus suis immediatis, quasi per modum testamenti, demandaverunt munus perficiendi et confirmandi opus ab ipsis inceptum*<sup>41</sup>, commendantes illis ut attenderent universo gregi, in quo Spiritus Sanctus eos posuit pascere Ecclesiam Dei (cf. Act. 20, 28). Constituerunt itaque huius modi viros ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent<sup>42</sup>. Inter varia illa ministeria quae inde a primis temporibus in Ecclesia exercentur, teste traditione, praecipuum locum tenet munus illorum qui, in episcopatum constituti, per successionem ab initio decurrentem<sup>43</sup>, apostolici seminis traduces habent<sup>44</sup>. Ita, ut testatur S. Irenaeus, per eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi et successores eorum usque ad nos, traditio apostolica in toto mundo manifestatur<sup>45</sup> et custoditur<sup>46</sup>.

Episcopi igitur communitatis ministerium cum adiutoribus presbyteris et diaconis susceperunt<sup>47</sup>, loco Dei praesidentes gregi<sup>48</sup>, cuius sunt pastores, ut doctrinae magistri, sacri cultus sacerdotes, gubernationis ministri<sup>49</sup>. Sicut autem permanet munus a Domino singulariter Petro, primo Apostolorum, concessum et successoribus eius transmittendum, ita

20. Jene göttliche Sendung, die Christus den Aposteln anvertraut hat, wird bis zum Ende der Welt dauern (vgl. Mt 28, 20). Denn das Evangelium, das sie zu überliefern haben, ist für alle Zeiten der Ursprung jedweden Lebens für die Kirche. Aus diesem Grunde trugen die Apostel in dieser hierarchisch geordneten Gesellschaft für die Bestellung von Nachfolgern Sorge.

Sie hatten nämlich nicht bloß verschiedene Helfer bei ihrem Dienst<sup>40</sup>, sondern übertrugen, damit die ihnen anvertraute Sendung nach ihrem Tod weitergehe, gleichsam nach Art eines Testaments ihren unmittelbaren Mitarbeitern die Aufgabe, das von ihnen begonnene Werk zu vollenden und zu kräftigen<sup>41</sup>. Sie legten ihnen ans Herz, achtzuhaben auf die ganze Herde, in welcher der Heilige Geist sie gesetzt habe, die Kirche Gottes zu weiden (vgl. Apg 20, 28). Deshalb bestellten sie solche Männer und gaben dann Anordnung, daß nach ihrem Hingang andere bewährte Männer ihr Dienstant übernehmen<sup>42</sup>. Unter den verschiedenen Diensten, die so von den ersten Zeiten her in der Kirche ausgeübt werden, nimmt nach dem Zeugnis der Überlieferung die Aufgabe derer einen hervorragenden Platz ein, die zum Bischofsamt bestellt sind und kraft der auf den Ursprung zurückreichenden Nachfolge<sup>43</sup> Keimlinge apostolischen Samens besitzen<sup>44</sup>. So wird nach dem Zeugnis des heiligen Irenäus durch die von den Aposteln eingesetzten Bischöfe und deren Nachfolger bis zu uns hin die apostolische Überlieferung in der ganzen Welt kundgemacht<sup>45</sup> und bewahrt<sup>46</sup>.

Die Bischöfe haben also den Dienst an der Gemeinschaft zusammen mit ihren Helfern, den Priestern und den Diakonen übernommen<sup>47</sup>. An Gottes Stelle stehen sie der Herde vor<sup>48</sup>, deren Hirten sie sind, als Meister der Lehre, als Priester des heiligen Kultes, im Dienst der Leitung<sup>49</sup>. Wie aber das Amt fort dauern sollte, das vom Herrn dem Petrus, dem

<sup>40</sup> Cf. Act. 6, 2—6; 11, 30; 13, 1; 14, 23; 20, 17; 1 Thess. 5, 12—13; Phil. 1, 1; Col. 4, 11 et passim.

<sup>41</sup> Cf. Act. 20, 25—27; 2 Tim. 4, 6 s. coll. c. 1 Tim. 5, 22; 2 Tim. 2, 2; Tit. 1, 5; S. Clem. Rom., Ad Cor. 44, 3: ed. Funk, I, p. 156.

<sup>42</sup> S. Clem. Rom., Ad Cor. 44, 2: ed. Funk, I, p. 154 s.

<sup>43</sup> Cf. Tertull., Praescr. Haer. 32: PL 2, 52 s. S. Ignatius M., passim.

<sup>44</sup> Cf. Tertull., Praescr. Haer. 32: PL 2, 53.

<sup>45</sup> Cf. S. Irenaeus, Adv. Haer. III, 3, 1: PG 7, 848 A; Harvey 2, 8; Sagnard, p. 100 s.: «manifestatam».

<sup>46</sup> Cf. S. Irenaeus, Adv. Haer. III, 2, 2: PG 7, 847; Harvey 2, 7; Sagnard, p. 100: «custoditur», cf. ib. IV, 26, 2: col. 1053; Harvey 2, 236, necnon IV, 33, 8: col. 1077; Harvey 2, 262.

<sup>47</sup> S. Ign. M., Philad., Praef.: ed. Funk, I, p. 264.

<sup>48</sup> S. Ign. M., Philad. 1, 1; Magn. 6, 1: ed. Funk, I, pp. 264 et 234.

<sup>49</sup> S. Clem. Rom., l. c., 42, 3—4; 44, 3—4; 57, 1—2: ed. Funk, I, 152, 156, 171 s. S. Ign. M., Philad. 2; Smyrn. 8, Magn. 3; Trall. 7: ed. Funk, I, p. 265 s.; 282; 232; 246 s. etc.; S. Iustinus, Apol., 1, 65: PG 6, 428; S. Cyprianus, Epist. passim.

<sup>40</sup> Vgl. Apg 6, 2—6; 11, 30; 13, 1; 14, 23; 20, 17; 1 Thess 5, 12—13; Phil 1, 1; Kol 4, 11 u. ö.

<sup>41</sup> Vgl. Apg 20, 25—27; 2 Tim 4, 6 f vgl. mit 1 Tim 5, 22; 2 Tim 2, 2; Tit 1, 5; Clemens v. Rom, Ad Cor. 44, 3: ed. Funk I, 156.

<sup>42</sup> Clemens v. Rom, Ad Cor. 44, 2: ed. Funk I, 154 f.

<sup>43</sup> Vgl. Tertullian, Praescr. Haer. 32: PL 2, 52 f. Ignatius v. A., passim.

<sup>44</sup> Vgl. Tertullian, Praescr. Haer. 32: PL 2, 53.

<sup>45</sup> Vgl. Irenäus, Adv. Haer. III, 3, 1: PG 7, 848; Harvey 2, 8; Sagnard 100 f.: «manifestatam».

<sup>46</sup> Vgl. Irenäus, Adv. Haer. III, 2, 2: PG 7, 847; Harvey 2, 7; Sagnard 100: «custoditur», vgl. ebd. IV, 26, 2: Sp. 1053; Harvey 2, 236; u. IV, 33, 8: Sp. 1077; Harvey 2, 262.

<sup>47</sup> Ignatius v. A., Philad., Vorrede: ed. Funk I, 264.

<sup>48</sup> Ignatius v. A., Philad., 1, 1; Magn. 6, 1: ed. Funk I, 264 u. 234.

<sup>49</sup> Clemens v. Rom, a. a. O., 42, 3—4; 44, 3—4; 57, 1—2: ed. Funk I, 152, 156, 171 f. Ignatius v. A., Philad. 2; Smyrn. 8, Magn. 3; Trall. 7: ed. Funk I, 265 f; 282; 232; 246 f u. a.; Justin, Apol., 1, 65: PG 6, 428; Cyprian, Epist. passim.

permanet munus Apostolorum pascendi Ecclesiam, ab ordine sacro Episcoporum iugiter exercendum<sup>50</sup>. Proinde docet Sacra Synodus Episcopos ex divina institutione in locum Apostolorum successisse<sup>51</sup>, tamquam Ecclesiae pastores, quos qui audit, Christum audit, qui vero spernit, Christum spernit et Eum qui Christum misit (cf. Luc. 10, 16)<sup>52</sup>.

21. In Episcopis igitur, quibus presbyteri assistunt, adest in medio credentium Dominus Iesus Christus, Pontifex Summus. Sedens enim ad dexteram Dei Patris, non deest a suorum congregatione pontificum<sup>53</sup>, sed imprimis per eorum eximium servitium verbum Dei omnibus gentibus praedicat et credentibus sacramenta fidei continuo administrat, eorum paterno munere (cf. 1 Cor. 4, 15) nova membra Corpori suo regeneratione superna incorporat, eorum denique sapientia et prudentia Populum Novi Testamenti in sua ad aeternam beatitudinem peregrinatione dirigit et ordinat. Hi pastores ad pascendum dominicum gregem electi, ministri Christi sunt et dispensatores mysteriorum Dei (cf. 1 Cor. 4, 1), quibus concredita est testificatio Evangelii gratiae Dei (cf. Rom. 15, 16; Act. 20, 24), atque ministratio Spiritus et iustitiae in gloria (cf. 2 Cor. 3, 8—9).

Ad tanta munera explenda, Apostoli speciali effusione supervenientis Spiritus Sancti a Christo ditati sunt (cf. Act. 1, 8; 2, 4; Io. 20, 22—23), et ipsi adiutoribus suis per impositionem manuum donum spirituale tradiderunt (cf. 1 Tim. 4, 14; 2 Tim. 1, 6—7), quod usque ad nos in episcopali consecratione transmissum est<sup>54</sup>. Docet autem Sancta Synodus episcopali consecratione plenitudinem conferri sacramenti Ordinis, quae nimirum et liturgica Ecclesiae consuetudine et voce Sanctorum Patrum summum sacerdotium, sacri ministerii summa nun-

ersten der Apostel, in einzigartiger Weise zugewiesen wurde und auf seine Nachfolger übergehen sollte, so dauert auch das Amt der Apostel, die Kirche zu weiden, fort und muß von der heiligen Ordnung der Bischöfe immerdar ausgeübt werden<sup>50</sup>. Aus diesem Grunde lehrt die Heilige Synode, daß die Bischöfe aufgrund göttlicher Einsetzung an die Stelle der Apostel als Hirten der Kirche getreten sind<sup>51</sup>. Wer sie hört, hört Christus, und wer sie verachtet, verachtet Christus und ihn, der Christus gesandt hat (vgl. Lk 10, 16)<sup>52</sup>.

21. In den Bischöfen, denen die Priester zur Seite stehen, ist also inmitten der Gläubigen der Herr Jesus Christus, der Hohepriester, anwesend. Zur Rechten des Vaters sitzend, ist er nicht fern von der Versammlung seiner Bischöfe<sup>53</sup>, sondern vorzüglich durch ihren erhabenen Dienst verkündet er allen Völkern Gottes Wort und spendet den Glaubenden immerfort die Sakramente des Glaubens. Durch ihr väterliches Amt (vgl. 1 Kor 4, 15) fügt er seinem Leib kraft der Wiedergeburt von oben neue Glieder ein. Durch ihre Weisheit und Umsicht endlich lenkt und ordnet er das Volk des Neuen Bundes auf seiner Pilgerschaft zur ewigen Seligkeit. Diese Hirten, die ausgewählt sind, die Herde des Herrn zu weiden, sind Diener Christi und Auspender der Geheimnisse Gottes (vgl. 1 Kor 4, 1). Ihnen ist das Zeugnis für die frohe Botschaft von der Gnade Gottes anvertraut (vgl. Röm 15, 16; Apg 20, 24) und der Dienst des Geistes und der Gerechtigkeit in Herrlichkeit (vgl. 2 Kor 3, 8—9).

Um solche Aufgaben zu erfüllen, sind die Apostel mit einer besonderen Ausgießung des herabkommenden Heiligen Geistes von Christus beschenkt worden (vgl. Apg 1, 8; 2, 4; Jo 20, 22—23). Sie hinwiederum übertrugen ihren Helfern durch die Auflegung der Hände die geistliche Gabe (vgl. 1 Tim 4, 14; 2 Tim 1, 6—7), die in der Bischofsweihe bis auf uns gekommen ist<sup>54</sup>. Die Heilige Synode lehrt aber, daß durch die Bischofsweihe die Fülle des Weihesakramentes übertragen wird. Sie heißt ja auch im liturgischen Brauch der Kirche wie in den Worten der heiligen Väter höchstes Priester-

<sup>50</sup> Cf. Leo XIII, Epist. Encycl. Satis cognitum, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895—96) p. 732.

<sup>51</sup> Cf. Conc. Trid., Sess. 23, Decr. de sacr. Ordinis, cap. 4: Denz 960 (1768); Conc. Vat. I, Sess. 4, Const. Dogm. 1 De Ecclesia Christi, cap. 3: Denz. 1828 (3061). Pius XII, Litt. Encycl. Mystici Corporis, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) pp. 209 et 212. Cod. Iur. Can., c. 329 § 1.

<sup>52</sup> Cf. Leo XIII, Epist. Et sane, 17 dec. 1888: ASS 21 (1888) p. 321 s.

<sup>53</sup> S. Leo M., Serm. 5, 3: PL 54, 154.

<sup>54</sup> Conc. Trid., Sess. 23, cap. 3, citat verba 2 Tim. 1, 6—7, ut demonstrat Ordinem esse verum sacramentum: Denz. 959 (1766).

<sup>50</sup> Vgl. Leo XIII, Enz. Satis cognitum, 29. Juni 1896: ASS 28 (1895—96) 732.

<sup>51</sup> Vgl. Conc. Trid., Sess. 23, Decr. de sacr. Ordinis, Kap. 4: Denz. 960 (1768); Conc. Vat. I, Sess. 4, Const. Dogm. 1 De Ecclesia Christi, Kap. 3: Denz. 1828 (3061). Pius XII, Enz. Mystici Corporis, 29. Juni 1943: AAS 35 (1943) 209 u. 212. CIC, can. 329 § 1.

<sup>52</sup> Vgl. Leo XIII, Brief Et sane, 17. Dez. 1888: ASS 21 (1888) 321 f.

<sup>53</sup> Leo d. Gr., Serm. 5, 3: PL 54, 154.

<sup>54</sup> Das Konzil v. Trient (Sess. 23, Kap. 3) zitiert 2 Tim 1, 6—7, um zu beweisen, daß der Ordo (= das Weihesakrament) ein wirkliches Sakrament ist: Denz. 959 (1766).

cupatur<sup>55</sup>. Episcopalis autem consecratio, cum munere sanctificandi, munera quoque confert docendi et regendi, quae tamen natura sua non nisi in hierarchica communione cum Collegii Capite et membris exerceri possunt. Ex traditione enim, quae praesertim liturgicis ritibus et Ecclesiae tum Orientis tum Occidentis usu declaratur, perspicuum est manuum impositione et verbis consecrationis gratiam Spiritus Sancti ita conferri<sup>56</sup> et sacrum characterem ita imprimi<sup>57</sup>, ut Episcopi, eminenti ac ad spectabili modo, ipsius Christi Magistri, Pastoris et Pontificis partes sustineant et in Eius persona agant<sup>58</sup>. Episcoporum est per sacramentum Ordinis novos electos in corpus episcopale assumere.

22. Sicut, statuente Domino, sanctus Petrus et ceteri Apostoli unum Collegium apostolicum constituunt, pari ratione Romanus Pontifex, successor Petri, et Episcopi, successores Apostolorum, inter se coniunguntur. Iam perantiqua disciplina, qua Episcopi in universo orbe constituti ad invicem et cum Romano Episcopo communicabant in vinculo unitatis, caritatis et pacis<sup>59</sup>, itemque concilia coadunata<sup>60</sup>, per quae et altiora quaeque in commune statuerentur<sup>61</sup>, sententia multorum consilio ponderata<sup>62</sup>, ordinis episcopalis indolem et rationem concilia Oecumenica decursu saeculorum celebrata.

tum, Summe des heiligen Dienstes<sup>55</sup>. Die Bischofsweihe überträgt mit dem Amt der Heiligung auch die Ämter der Lehre und der Leitung, die jedoch ihrer Natur nach nur in der hierarchischen Gemeinschaft mit Haupt und Gliedern des Bischofskollegiums ausgeübt werden können. Aufgrund der Überlieferung nämlich, die vorzüglich in den liturgischen Riten und im Gebrauch der Kirche des Ostens wie des Westens deutlich wird, ist es klar, daß durch die Handauflegung und die Worte der Weihe die Gnade des Heiligen Geistes so übertragen<sup>56</sup> und das heilige Mal so eingepreßt wird<sup>57</sup>, daß die Bischöfe in hervorragender und sichtbarer Weise die Stelle Christi selbst, des Lehrers, Hirten und Priesters, einnehmen und in seiner Person handeln<sup>58</sup>. Sache der Bischöfe ist es, durch das Weihesakrament neue Erwählte in die Körperschaft der Bischöfe aufzunehmen.

22. Wie nach der Setzung des Herrn der heilige Petrus und die übrigen Apostel ein einziges apostolisches Kollegium bilden, so sind in entsprechender Weise der römische Bischof, der Nachfolger Petri, und die Bischöfe, die Nachfolger der Apostel, untereinander verbunden. Schon die uralte Disziplin, daß die auf dem ganzen Erdkreis bestellten Bischöfe untereinander und mit dem römischen Bischof im Bande der Einheit, der Liebe und des Friedens Gemeinschaft hielten<sup>59</sup>, desgleichen das Zusammentreten von Konzilien<sup>60</sup> zur gemeinsamen Regelung gerade der wichtigeren Angelegenheiten<sup>61</sup> in einem durch die Überlegung vieler abgewogenen Spruch<sup>62</sup>

<sup>55</sup> In Trad. Apost. 3: ed. Botte, Sources Chr., pp. 27—30, Episcopo tribuitur «primatus sacerdotii». Cf. Sacramentarium Leonianum: ed. C. Mohlberg, Sacramentarium Veronense, Romae 1955, p. 119: «ad summi sacerdotii ministerium . . . Comple in sacerdotibus tuis mysterii tui summam» . . . Id., Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae, Romae, 1960, pp. 121—122: «Tribuas eis, Domine, cathedram episcopalem ad regendam Ecclesiam tuam et plebem universam». Cf. PL 78, 224.

<sup>56</sup> Trad. Apost. 2: ed. Botte, p. 27.

<sup>57</sup> Conc. Trid., Sess. 23, cap. 4, docet Ordinis sacramentum imprimere characterem indelebilem: Denz. 960 (1767). Cf. Ioannes XXIII, Alloc. Iubilare Deo, 8 maii 1960: AAS 52 (1960) p. 466. Paulus VI, Homilia in Bas. Vaticana, 20 oct. 1963: AAS 55 (1963) p. 1014.

<sup>58</sup> S. Cyprianus, Epist. 63, 14: PL 4, 386; Hartel, III B, p. 713: «Sacerdos vice Christi vere fungitur». S. Io. Chrysostomus, In 2 Tim. Hom. 2, 4: PG 62, 612: Sacerdos est «symbolon» Christi. S. Ambrosius, In Ps. 38, 25—26: PL 14, 1051—52; CSEL 64, 203—204. Ambrosiaster, In 1 Tim. 5, 19: PL 17, 479 C et In Eph. 4, 11—12: col. 387 C. Theodorus Mops., Hom. Catech. XV, 21 et 24: ed. Tonneau, pp. 497 et 503. Hesychius Hieros., In Lev. L. 2, 9, 23: PG 93, 894 B.

<sup>59</sup> Cf. Eusebius, Hist. Eccl., V, 24, 10: GCS II, 1, p. 495; ed. Bardy, Sources Chr. II, p. 69. Dionysius, apud Eusebium, ib. VII, 5, 2: GCS II, 2, p. 638 s.; Bardy, II, p. 168 s.

<sup>60</sup> Cf. de antiquis Conciliis, Eusebius, Hist. Eccl. V, 23—24: GCS II, 1, p. 488 ss.; Bardy, II, p. 66 ss. et passim. Conc. Nicaenum, Can. 5: Conc. Oec. Decr. p. 7.

<sup>61</sup> Tertullianus, De Ieiunio, 13: PL 2, 972 B; CSEL 20, p. 292, lin. 13—16.

<sup>62</sup> S. Cyprianus, Epist. 56, 3: Hartel, III B, p. 650; Bayard, p. 154.

<sup>55</sup> In Trad. Apost. 3: ed. Botte, Sources Chr. 27—30: Dem Bischof wird „der erste Rang des Priestertums“ zugeteilt. Vgl. Sacramentarium Leonianum: ed. C. Mohlberg, Sacramentarium Veronense (Rom 1955) 119: „zum Dienst des höchsten Priestertums . . . Vollende in Deinen Priestern die Fülle des Mysteriums“ . . . Ders., Liber Sacramentorum Romanae Ecclesiae (Rom 1960) 121—122: „Übergeb ihnen, Herr, den bischöflichen Stuhl zur Leitung deiner Kirche und des gesamten Volkes.“ Vgl. PL 78, 224.

<sup>56</sup> Trad. Apost. 2: ed. Botte, 27.

<sup>57</sup> Das Konzil v. Trient, Sess. 23, Kap. 4 lehrt, daß das Weihesakrament ein unauslöschliches Merkmal einprägt: Denz. 960 (1767). Vgl. Johannes XXIII, Anspr. Iubilare Deo, 8. Mai 1960: AAS 52 (1960) 466. Paul VI, Homilie in der Vatikanbasilika, 20. Okt. 1963: AAS 55 (1963) 1014.

<sup>58</sup> Cyprian, Epist. 63, 14: PL 4, 386; Hartel III B, 713: „Der Priester waltet an Christi Statt.“ Johannes Chrysostomus, In 2 Tim. Hom. 2, 4: PG 62, 612: Der Priester ist „symbolon“ Christi. Ambrosius, In Ps. 38, 25—26: PL 14, 1051 bis 1052; CSEL 64, 203—204. Ambrosiaster, In 1 Tim. 5, 19: PL 17, 479 C u. In Eph. 4, 11—12: PL 17, 387 C. Theodor v. Mopsuestia, Hom. Catech. XV, 21 u. 24: ed. Tonneau, 497 u. 503. Hesychius v. Jerusalem, In Lev. L. 2, 9, 23: PG 93, 894 B.

<sup>59</sup> Vgl. Eusebius, Hist. Eccl. V, 24, 10: GCS II, 1, 495; ed. Bardy, Sources Chr. II, 69. Dionysius, bei Eusebius, ebd. VII, 5, 2: GCS II, 2, 638 f.; Bardy II, 168 f.

<sup>60</sup> Vgl. über die alten Konzilien Eusebius, Hist. Eccl. V, 23 bis 24: GCS II, 1, 488 ff.; Bardy II, 66 ff, und passim. Konzil v. Nicaea, Can. 5: Conc. Oec. Decr. 7.

<sup>61</sup> Tertullian, De Ieiunio, 13: PL 2, 972 B; CSEL 20, 292 Z. 13—16.

<sup>62</sup> Cyprian, Epist. 56, 3: Hartel III B, 650; Bayard 154.



Eandem vero iam innuit ipse usus, antiquitus inductus, plures advocandi Episcopos qui in novo electo ad summi sacerdotii ministerium elevando partem legialem significant; quam manifeste comprobant haberent. Membrum Corporis episcopalis aliquis constituitur vi sacramentalis consecrationis et hierarchica communione cum Collegii Capite atque membris.

Collegium autem seu corpus Episcoporum auctoritatem non habet, nisi simul cum Pontifice Romano, successore Petri, ut capite eius intellegatur, huiusque integre manente potestate Primatus in omnes sive Pastores sive fideles. Romanus enim Pontifex habet in Ecclesiam, vi muneris sui, Vicarii scilicet Christi et totius Ecclesiae Pastoris, plenam, supremam et universalem potestatem, quam semper libere exercere valet. Ordo autem Episcoporum, qui collegio Apostolorum in magisterio et regimine pastoralis succedit, immo in quo corpus apostolicum continuo perseverat, una cum Capite suo Romano Pontifice, et numquam sine hoc Capite, subiectum quoque supremae ac plenae potestatis in universam Ecclesiam existit<sup>63</sup>, quae quidem potestas non nisi consentiente Romano Pontifice exerceri potest. Dominus unum Simonem ut petram et clavigerum Ecclesiae posuit (cf. Matth. 16, 18—19), eumque Pastorem totius sui gregis constituit (cf. Io. 21, 15 ss.); illud autem ligandi ac solvendi munus, quod Petro datum est (Matth. 16, 19), collegio quoque Apostolorum, suo Capiti coniuncto, tributum esse constat (Matth. 18, 18; 28, 16—20)<sup>64</sup>. Collegium hoc quatenus ex multis compositum, varietatem et universalitatem Populi Dei, quatenus vero sub uno capite collectum unitatem gregis Christi exprimit. In ipso, Episcopi, primatum et principatum Capitis sui fideliter servantes, propria potestate in bonum fidelium suorum, immo totius Ecclesiae funguntur, Spiritu Sancto organicam structuram eiusque concordiam continenter roborante. Suprema in universam Ecclesiam potestas, qua istud Collegium pollet, sollemni modo in Concilio Oecumenico exercetur. Concilium Oecumenicum numquam datur, quod a Successore Petri non sit ut tale confirmatum vel saltem receptum; et Romani Pontificis praerogativa est haec Concilia convocare, iisdem praesidere et eadem confirmare<sup>65</sup>. Eadem potestas collegialis una

bezeugen die wesentlich kollegiale Anlage und Natur des bischöflichen Amtes. Das Gleiche bestätigen die im Lauf der Jahrhunderte gefeierten ökumenischen Konzilien. Darauf deutet aber auch schon der früh eingeführte Brauch hin, mehrere Bischöfe zur Teilnahme an der Erhebung eines Neuerwählten zum höchsten priesterlichen Dienst beizuziehen. Glied der Bischofskörperschaft wird man durch die sakramentale Weihe und die hierarchische Kommunikation mit Haupt und Gliedern des Kollegiums.

Das Bischofskollegium oder die Körperschaft der Bischöfe hat aber nur Autorität, wenn sie in Gemeinschaft mit dem römischen Bischof, dem Nachfolger Petri, als ihrem Haupt verstanden wird, und unbeschadet seiner Primatgewalt über alle Hirten und Gläubigen. Der römische Bischof hat nämlich kraft seines Amtes als Stellvertreter Christi und Hirt der ganzen Kirche volle, höchste und universale Gewalt über die Kirche und kann sie immer frei ausüben. Die Ordnung der Bischöfe aber, die dem Kollegium der Apostel im Lehr- und Hirtenamt nachfolgt, ja, in welcher die apostolische Körperschaft immerfort weiter besteht, ist gemeinsam mit ihrem Haupt, dem römischen Bischof, und niemals ohne dieses Haupt, gleichfalls Träger der höchsten und vollen Gewalt über die ganze Kirche<sup>63</sup>. Diese Gewalt kann nur mit Zustimmung des römischen Bischofs ausgeübt werden. Der Herr hat allein Simon zum Fels und Schlüsselträger der Kirche bestellt (vgl. Mt 16, 18—19) und ihn als Hirten seiner ganzen Herde eingesetzt (vgl. Jo 21, 15 ff). Es steht aber fest, daß jenes Binde- und Löseamt, welches dem Petrus verliehen wurde (Mt 16, 19), auch dem mit seinem Haupt verbundenen Apostelkollegium zugeteilt worden ist (Mt 18, 18; 28, 16—20)<sup>64</sup>. Insofern dieses Kollegium aus vielen zusammengesetzt ist, drückt es die Vielfalt und Universalität des Gottesvolkes aus; insofern es unter einem Haupte versammelt ist, stellt es die Einheit der Herde Christi dar. Im Rahmen dieses Kollegiums wirken die Bischöfe, unter treuer Wahrung des primatialen Vorrangs ihres Hauptes, in eigener Vollmacht zum Besten ihrer Gläubigen, ja der ganzen Kirche, deren organische Struktur und Eintracht der Heilige Geist immerfort stärkt. Die oberste Gewalt über die ganze Kirche, die dieses Kollegium besitzt, wird auf feierliche Weise im ökumenischen Konzil ausgeübt. Ein ökumenisches Konzil gibt es nur, wenn es vom Nachfolger Petri als solches bestätigt oder wenig-

<sup>63</sup> Cf. Relatio officialis Zinelli, in Conc. Vat. I: Mansi 52, 1109 C.

<sup>64</sup> Cf. Conc. Vat. I, Schema Const. dogm. II, de Ecclesia Christi, c. 4: Mansi 53, 310. Cf. relatio Kleutgen de Schematae reformato: Mansi 53, 321 B—322 B et declaratio Zinelli: Mansi 52, 1110 A. Vide etiam S. Leonem M., Serm. 4, 3: PL 54, 151 A.

<sup>65</sup> Cf. Cod. Iur. Can., c. 227.

<sup>63</sup> Vgl. die amtliche Relation von Zinelli, in Conc. Vat. I: Mansi 52, 1109 C.

<sup>64</sup> Vgl. I. Vat. Konzil, Schema Const. Dogm. II, De Ecclesia Christi, c. 4: Mansi 53, 310. Vgl. die Relation von Kleutgen über das umgearbeitete Schema: Mansi 53, 321 B bis 322 B, und die Erklärung von Zinelli: Mansi 52, 1110 A. Siehe auch Leo d. Gr., Serm. 4, 3: PL 54, 151 A.

cum Papa exerceri potest ab Episcopis in orbe terrarum degentibus, dummodo Caput Collegii eos ad actionem collegialem vocet, vel saltem Episcoporum dispersorum unitam actionem approbet vel libere recipiat, ita ut verus actus collegialis efficiatur.

23. Collegialis unio etiam in mutuis relationibus singulorum Episcoporum cum particularibus Ecclesiis Ecclesiaque universali apparet. Romanus Pontifex, ut successor Petri, est unitatis, tum Episcoporum tum fidelium multitudinis, perpetuum ac visibile principium et fundamentum<sup>66</sup>. Episcopi autem singuli visibile principium et fundamentum sunt unitatis in suis Ecclesiis particularibus<sup>67</sup>, ad imaginem Ecclesiae universalis formati, in quibus et ex quibus una et unica Ecclesia catholica existit<sup>68</sup>. Qua de causa singuli Episcopi suam Ecclesiam, omnes autem simul cum Papa totam Ecclesiam repraesentant in vinculo pacis, amoris et unitatis.

Singuli Episcopi, qui particularibus Ecclesiis praeficiuntur, regimen suum pastorale super portionem Populi Dei sibi commissam, non super alias Ecclesias neque super Ecclesiam universalem exercent. Sed qua membra Collegii episcopalis et legitimi Apostolorum successores singuli ea sollicitudine pro universa Ecclesia ex Christi institutione et praeecepto tenentur<sup>69</sup>, quae, etiamsi per actum iurisdictionis non exercentur, summopere tamen confert ad Ecclesiae universalis emolumentum. Debent enim omnes Episcopi promovere et tueri unitatem fidei et disciplinam cunctae Ecclesiae communem, fideles edocere ad amorem totius Corporis mystici Christi, praesertim membrorum pauperum, dolentium et eorum qui persecutionem patiuntur propter iustitiam (cf. Matth. 5, 10), tandem promovere omnem actuositatem quae toti Ecclesiae communis est, praesertim ut fides incrementum capiat et lux plenae veritatis omnibus hominibus oriatur. Ceterum hoc sanctum est quod, bene regendo propriam Ecclesiam ut portionem Ecclesiae universalis, ipsi effi-

stens rezipiert wird; der römische Bischof hat das Vorrecht, diese Konzilien zu berufen, auf ihnen den Vorsitz zu führen und sie zu bestätigen<sup>65</sup>. Die gleiche kollegiale Gewalt kann gemeinsam mit dem Papst von den in aller Welt weilenden Bischöfen ausgeübt werden, wofern nur das Haupt des Kollegiums sie zu einer kollegialen Handlung ruft oder wenigstens die gemeinsame Handlung der verstreut weilenden Bischöfe billigt oder frei rezipiert, so daß ein wahrhaft kollegialer Akt zustandekommt.

23. Die kollegiale Einheit tritt auch in den wechselseitigen Beziehungen der einzelnen Bischöfe zu den Teilkirchen wie zur Gesamtkirche in Erscheinung. Der römische Bischof ist als Nachfolger Petri das immerwährende, sichtbare Prinzip und Fundament für die Einheit in der Vielheit von Bischöfen und Gläubigen<sup>66</sup>. Die Einzelbischöfe hinwiederum sind sichtbares Prinzip und Fundament der Einheit in ihren Teilkirchen<sup>67</sup>, die nach dem Bild der Gesamtkirche gestaltet sind. In ihnen und aus ihnen besteht die eine und einzige katholische Kirche<sup>68</sup>. Daher stellen die Einzelbischöfe je ihre Kirche, alle zusammen aber in Einheit mit dem Papst die ganze Kirche im Band des Friedens, der Liebe und der Einheit dar.

Die Einzelbischöfe, die an der Spitze der Teilkirchen stehen, üben ihre Hirtengewalt über den ihnen anvertrauten Anteil des Gottesvolkes, nicht über andere Kirchen und nicht über die Gesamtkirche aus. Aber als Glieder des Bischofskollegiums und rechtmäßige Nachfolger der Apostel sind sie aufgrund von Christi Stiftung und Vorschrift zur Sorge für die Gesamtkirche gehalten<sup>69</sup>. Diese wird zwar nicht in Form eines Jurisdiktionsaktes ausgeübt, trägt aber doch im höchsten Maße zum Wohle der Gesamtkirche bei. Alle Bischöfe müssen nämlich die Glaubenseinheit und die der ganzen Kirche gemeinsame Ordnung fördern und schützen sowie die Gläubigen anleiten zur Liebe zum ganzen mystischen Leib Christi, besonders zu den armen und leidenden Gliedern und zu jenen, die Verfolgung erdulden um der Gerechtigkeit willen (vgl. Mt 5, 10). Endlich müssen sie jede Wirksamkeit fördern, die der ganzen Kirche gemeinsam ist, vor allem dazu, daß der Glaube wachse und das Licht der vollen Wahrheit allen Menschen aufgehe. Im übrigen aber

<sup>66</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. Dogm. Pastor aeternus: Denz. 1821 (3050 s.).

<sup>67</sup> Cf. S. Cyprianus, Epist. 66, 8; Hartel III, 2, p. 733: «Episcopus in Ecclesia et Ecclesia in Episcopo».

<sup>68</sup> Cf. S. Cyprianus, Epist. 55, 24; Hartel, p. 642, lin. 13: «Una Ecclesia per totum mundum in multa membra divisa». Epist. 36, 4; Hartel, p. 575, lin. 20—21.

<sup>69</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. Fidei Donum, 21 apr. 1957: AAS 49 (1957) p. 237.

<sup>65</sup> Vgl. CIC, can. 227.

<sup>66</sup> Vgl. I. Vat. Konzil, Const. Dogm. Pastor aeternus: Denz. 1821 (3050 f.).

<sup>67</sup> Vgl. Cyprian, Epist. 66, 8; Hartel III, 2, 733: «Der Bischof ist in der Kirche und die Kirche im Bischof.»

<sup>68</sup> Vgl. Cyprian, Epist. 55, 24; Hartel 642, Z. 13: «Die eine Kirche ist über die ganze Welt hin in vielen Gliedern verteilt.» Epist. 36, 4; Hartel 575, Z. 20—21.

<sup>69</sup> Vgl. Pius XII, Enz. Fidei Donum, 21. April 1957: AAS 49 (1957) 237.

caciter conferunt ad bonum totius mystici Corporis, quod est etiam corpus Ecclesiarum<sup>70</sup>.

Cura Evangelium ubique terrarum annuntiandi ad corpus Pastorum pertinet, quibus omnibus in commune Christus mandatum dedit imponendo commune officium, ut iam Papa Coelestinus Patribus Ephesini Concilii commendavit<sup>71</sup>. Unde singuli Episcopi, quantum propria eorum perfunctio muneris sinit, in laborum societatem venire tenentur inter se et cum successore Petri, cui grande munus christiani nominis, propagandi singulari modo demandatum est<sup>72</sup>. Quare missionibus tum messis operarios, tum etiam auxilia spiritualia et materialia, tam per se directe, quam suscitando fidelium ardentem cooperationem, suppeditare omnibus viribus debent. Episcopi denique, in universali caritatis societate, fraternum adiutorium aliis Ecclesiis, praesertim finitimis et egentioribus, secundum venerationem antiquitatis exemplum, libenter praebeant.

Divina autem Providentia factum est ut variae variis in locis ab Apostolis eorumque successoribus institutae Ecclesiae decursu temporum in plures coaluerint coetus, organice coniunctos, qui, salva fidei unitate et unica divina constitutione universalis Ecclesiae, gaudent propria disciplina, proprio liturgico usu, theologico spiritualique patrimonio. Inter quas aliquae, notatim antiquae Patriarchales Ecclesiae, veluti matrices fidei, alias pepererunt quasi filias, quibuscum arctiore vinculo caritatis in vita sacramentali atque in mutua iurium et officiorum reverentia ad nostra usque tempora connectuntur<sup>73</sup>. Quae Ecclesiarum localium in unum conspirans varietas indivisae Ecclesiae catholicitatem luculentius demonstrat. Simili ratione Coetus Episcopales hodie multiplicem atque fecundam opem conferre possunt, ut collegialis affectus ad concretam applicationem perducatur.

gilt unverbrüchlich: Indem sie ihre eigene Kirche als Teil der Gesamtkirche recht leiten, tragen sie wirksam bei zum Wohl des ganzen mystischen Leibes, der ja auch der Leib der Kirchen ist<sup>70</sup>.

Die Sorge, das Evangelium überall auf Erden zu verkündigen, geht die ganze Körperschaft der Hirten an. Ihnen allen zusammen hat Christus den Auftrag gegeben und die gemeinsame Pflicht auferlegt, wie schon Papst Coelestin den Vätern des Konzils von Ephesus ins Bewußtsein rief<sup>71</sup>. Deshalb sind die einzelnen Bischöfe gehalten, soweit die Verwaltung ihres eigenen Amtes es zuläßt, in Arbeitsgemeinschaft zu treten untereinander und mit dem Nachfolger Petri, dem die große Aufgabe, den christlichen Namen auszubreiten, in einzigartiger Weise übertragen ist<sup>72</sup>. Daher müssen sie mit allen Kräften den Missionen Arbeiter für die Ernte wie auch geistliche und materielle Hilfen vermitteln, sowohl unmittelbar durch sich selbst wie durch Weckung der eifrigen Mitarbeit ihrer Gläubigen. Schließlich sollen die Bischöfe nach dem ehrwürdigen Beispiel der Vorzeit in umfassender Liebesgemeinschaft den anderen Kirchen, besonders den benachbarten und bedürftigeren, gern brüderliche Hilfe gewähren.

Dank der göttlichen Vorsehung aber sind die verschiedenen Kirchen, die an verschiedenen Orten von den Aposteln und ihren Nachfolgern eingerichtet worden sind, im Lauf der Zeit zu einer Anzahl von organisch verbundenen Gemeinschaften zusammengewachsen. Sie erfreuen sich unbeschadet der Einheit des Glaubens und der einen göttlichen Verfassung für die Gesamtkirche ihrer eigenen Disziplin, eines eigenen liturgischen Brauches und eines eigenen theologischen und geistlichen Erbes. Darunter haben vorzüglich gewisse alte Patriarchatskirchen wie Mutterstämme des Glaubens andere Kirchen sozusagen als Töchter geboren, mit denen sie durch ein engeres Liebesband im sakramentalen Leben und in der gegenseitigen Achtung von Rechten und Pflichten bis auf unsere Zeiten verknüpft sind<sup>73</sup>. Diese einträchtige Vielfalt der Ortskirchen zeigt in besonders hellem Licht die Katholizität der ungeteilten Kirche. In ähnlicher Weise können in unserer Zeit die Bischofs-

<sup>70</sup> Cf. S. Hilarius Pict., In Ps. 14, 3: PL 9, 206; CSEL 22, p. 86. S. Gregorius M., Moral. IV, 7, 12: PL 75, 643 C. Ps.-Basilius, In Is. 15, 296: PG 30, 637 C.

<sup>71</sup> S. Coelestinus, Epist. 18, 1—2, ad Conc. Eph.: PL 50, 505 AB; Schwartz, Acta Conc. Oec. I, 1, 1, p. 22. Cf. Benedictus XV, Epist. Apost. Maximum illud: AAS 11 (1919) p. 440. Pius XI, Litt. Encycl. Rerum Ecclesiae, 28 febr. 1926: AAS 18 (1926) p. 69. Pius XII, Litt. Encycl. Fidei Donum, l. c.

<sup>72</sup> Leo XIII, Litt. encycl. Grande munus, 30. sept. 1880: AAS 13 (1880) p. 145. Cf. Cod. Iur. Can., c. 1327; c. 1350 § 2.

<sup>73</sup> De iuribus Sedium patriarchalium, cf. Conc. Nicaenum, can. 6 de Alexandria et Antiochia, et can. 7 de Hierosolymis: Conc. Oec. Decr., p. 8. Conc. Later. IV, anno 1215, Constit. V: De dignitate Patriarcharum: ibid. p. 212. Conc. Ferr.-Flor.: ibid. p. 504.

<sup>70</sup> Vgl. Hilarius v. Poitiers, In Ps. 14, 3: PL 9, 206; CSEL 22, 86. Gregor d. Gr., Moral. IV, 7, 12: PL 75, 643 C. Ps.-Basilius, In Is. 15, 296: PG 30, 637 C.

<sup>71</sup> Papst Coelestin, Epist. 18, 1—2, an das Konzil von Ephesus: PL 50, 505 AB; Schwartz, Acta Conc. Oec. I, 1, 1, S. 22. Vgl. Benedikt XV, Apost. Brief Maximum illud: AAS 11 (1919) 440. Pius XI, Enz. Rerum Ecclesiae, 28. Febr. 1926: AAS 18 (1926) 69. Pius XII, Enz. Fidei Donum, a. a. O.

<sup>72</sup> Leo XIII, Enz. Grande munus, 30. Sept. 1880: AAS 13 (1880) 145. Vgl. CIC, can. 1327; can. 1350 § 2.

<sup>73</sup> Über die Rechte der Patriarchatssitze vgl. Konzil v. Nicaea, can. 6 bezüglich Alexandria und Antiochien sowie can. 7 bezüglich Jerusalem: Conc. Oec. Decr. S. 8. IV. Laterankonzil (1215) Const. V: De dignitate Patriarcharum: ebd. 212. Konzil v. Ferrara-Florenz: ebd. 504.

24. Episcopi, utpote Apostolorum successores, a Domino, cui omnis potestas in caelo et in terra data est, missionem accipiunt docendi omnes gentes et praedicandi Evangelium omni creaturae, ut homines universi, per fidem, baptismum et adimplerionem mandatorum salutem consequantur (cf. Matth. 28, 18; Marc. 16, 15—16; Act. 26, 17 s.). Ad hanc missionem implendam, Christus Dominus Spiritum Sanctum promisit Apostolis et die Pentecostes e caelo misit, cuius virtute testes Eidem essent usque ad ultimum terrae, coram gentibus et populis et regibus (cf. Act. 1, 8; 2, 1 ss.; 9, 15). Munus autem illud, quod Dominus pastoribus populi sui commisit, verum est servitium quod in sacris Litteris «diaconia» seu ministerium significanter nuncupatur (cf. Act. 1, 17 et 25; 21, 19; Rom. 11, 13; 1 Tim. 1, 12).

Episcoporum autem missio canonica fieri potest per legitimas consuetudines, a suprema et universali potestate Ecclesiae non revocatas, vel per leges ab eadem auctoritate latas aut agnitas, vel directe per ipsum Successorem Petri; quo renuente seu communionem Apostolicam denegante, Episcopi in officium assumi nequeunt<sup>74</sup>.

25. Inter praecipua Episcoporum munera eminent praedicatio Evangelii<sup>75</sup>. Episcopi enim sunt fidei praecones, qui novos discipulos ad Christum adducunt, et doctores authentici seu auctoritate Christi praediti, qui populo sibi commisso fidem credendam et moribus applicandam praedicant, et sub lumine Sancti Spiritus illustrant, ex thesauro Revelationis nova et vetera proferentes (cf. Matth. 13, 52), eam fructificare faciunt erroneaque gregi suo impendentes vigilantiter arcent (cf. 2 Tim. 4, 1—4). Episcopi in communionem cum Romano Pontifice docentes ab omnibus tamquam divinae et catholicae veritatis testes venerandi sunt; fideles autem in sui Episcopi sententiam de fide et moribus nomine Christi prolatam concurrere, eique religioso animi obsequio adhaerere debent. Hoc vero religiosum voluntatis et intellectus obsequium singulari ratione praestandum est Romani Pontificis authen-

konferenzen vielfältige und fruchtbare Hilfe leisten, um die kollegiale Gesinnung zu konkreter Verwirklichung zu führen.

24. Die Bischöfe empfangen als Nachfolger der Apostel vom Herrn, dem alle Gewalt im Himmel und auf Erden gegeben ist, die Sendung, alle Völker zu lehren und das Evangelium jedwedem Geschöpf zu verkündigen. So sollen alle Menschen durch Glaube, Taufe und Erfüllung der Gebote das Heil erlangen (vgl. Mt 28, 18; Mk 16, 15—16; Apg 26, 17 f). Zur Erfüllung dieser Sendung verhiess Christus der Herr den Aposteln den Heiligen Geist und sandte ihn am Pfingsttag vom Himmel her. Durch dessen Kraft sollten sie ihm Zeugen sein bis ans Ende der Erde, vor Stämmen, Völkern und Königen (vgl. Apg 1, 8; 2, 1 ff; 9, 15). Jenes Amt aber, das der Herr den Hirten seines Volkes übertragen hat, ist ein wahres Dienen, weshalb es in der Heiligen Schrift bezeichnenderweise mit dem Wort „Diakonia“, d. h. Dienst, benannt wird (vgl. Apg 1, 17 u. 25; 21, 19; Röm 11, 13; 1 Tim 1, 12).

Die kanonische Sendung der Bischöfe kann geschehen durch rechtmäßige, von der höchsten und universalen Kirchengewalt nicht widerrufenen Gewohnheiten, durch von der nämlichen Autorität erlassene oder anerkannte Gesetze oder unmittelbar durch den Nachfolger Petri selbst. Falls er Einspruch erhebt oder die apostolische Gemeinschaft verweigert, können die Bischöfe nicht in die Amtsausübung aufgenommen werden<sup>74</sup>.

25. Unter den hauptsächlichsten Aufgaben der Bischöfe hat die Verkündigung des Evangeliums Vorrang<sup>75</sup>. Denn die Bischöfe sind Glaubensboten, die Christus neue Jünger zuführen; sie sind authentische, das heißt mit der Autorität Christi ausgerüstete Lehrer. Sie verkündigen dem ihnen anvertrauten Volk die Botschaft zum Glauben und zur Anwendung auf das sittliche Leben und erklären sie im Licht des Heiligen Geistes, indem sie aus dem Schatz der Offenbarung Neues und Altes vorbringen (vgl. Mt 13, 52). So lassen sie den Glauben fruchtbar werden und halten die ihrer Herde drohenden Irrtümer wachsam ab (vgl. 2 Tim 4, 1—4). Die Bischöfe, die in Gemeinschaft mit dem römischen Bischof lehren, sind von allen als Zeugen der göttlichen und katholischen Wahrheit zu verehren. Die Gläubigen aber müssen mit einem im Namen Chri-

<sup>74</sup> Cf. Cod. Iuris pro Eccl. Orient., c. 216—314: de Patriarchis; c. 324—339: de Archiepiscopis maioribus; c. 362 ad 391: de aliis dignitariis; in specie, c. 238 § 3; 216; 240; 251; 255: de Episcopis a Patriarcha nominandis.

<sup>75</sup> Cf. Conc. Trid., Decr. de reform., Sess. V, c. 2, n. 9; et Sess. XXIV, can. 4: Conc. Oec. Decr. pp. 645 et 739.

<sup>74</sup> Vgl. den Codex für die Ostkirchen, can. 216—314: über die Patriarchen; can. 324—339: über die Großerbischofe; can. 362—391: über die anderen Würdenträger; bes. can. 238 § 3; 216; 240; 251; 255: über die Ernennung der Bischöfe von seiten des Patriarchen.

<sup>75</sup> Vgl. Konzil v. Trient, Decr. de reform., Sess. V, c. 2, n. 9, u. Sess. XXIV, can. 4: Conc. Oec. Decr. 645 u. 739.

tico magisterio etiam cum non ex cathedra loquitur; ita nempe ut magisterium eius supremum reverenter agnoscat, et sententiis ab eo prolatis sincere adhaereatur, iuxta mentem et voluntatem manifestatam ipsius, quae se prodit praecipue sive indole documentorum, sive ex frequenti propositione eiusdem doctrinae, sive ex dicendi ratione.

Licet singuli praesules infallibilitatis praerogativa non polleant, quando tamen, etiam per orbem dispersi, sed communionis nexum inter se et cum Successore Petri servant, authentice res fidei et morum docentes in unam sententiam tamquam definitive tenendam conveniunt, doctrinam Christi infallibiliter enuntiant<sup>76</sup>. Quod adhuc manifestius habetur quando, in Concilio Oecumenico coadunati, pro universa Ecclesia fidei et morum doctores et iudices sunt, quorum definitionibus fidei obsequio est adhaerendum<sup>77</sup>.

Haec autem infallibilitas, qua Divinus Redemptor Ecclesiam suam in definienda doctrina de fide vel moribus instructam esse voluit, tantum patet quantum divinae Revelationis patet depositum, sancte, custodiendum et fideliter exponendum. Qua quidem infallibilitate Romanus Pontifex, Collegii Episcoporum Caput vi muneris sui gaudet, quando, ut supremus omnium christifidelium pastor et doctor, qui fratres suos in fide confirmat (cf. Luc. 22, 32), doctrinam de fide vel moribus definitivo actu proclamat<sup>78</sup>. Quare definitiones eius ex sese, et non ex consensu Ecclesiae, irreformabiles merito dicuntur, quippe quae sub assistentia Spiritus Sancti, ipsi in beato Petro promissa, prolatae sint, ideoque nulla indigeant aliorum approbatione, nec ullam ad aliud iudicium appellationem patiantur. Tunc enim Romanus Pontifex non ut persona privata sententiam profert, sed ut universalis Ecclesiae magister supremus, in quo charisma infallibilitatis ipsius Ecclesiae singulariter inest, doctrinam fidei

sti vorgetragenen Spruch ihres Bischofs in Glaubens- und Sittensachen übereinkommen und ihm mit religiös gegründetem Gehorsam anhängen. Dieser religiöse Gehorsam des Willens und Verstandes ist in einzigartiger Weise dem authentischen Lehramt des römischen Bischofs, auch wenn er nicht kraft höchster Lehrautorität spricht, zu leisten; nämlich so, daß sein oberstes Lehramt ehrfürchtig anerkannt und den von ihm vorgetragenen Urteilen aufrichtige Anhänglichkeit gezollt wird, entsprechend der von ihm kundgetanen Meinung und Absicht. Diese läßt sich vornehmlich erkennen aus der Art der Dokumente, der Häufigkeit der Vorlage ein und derselben Lehre, und der Sprechweise.

Die Einzel Bischöfe besitzen zwar nicht das Vorrecht der Unfehlbarkeit; wenn sie jedoch, über den Erdbereich verstreut, in Wahrung des Gemeinschaftsbandes untereinander und mit dem Nachfolger Petri, authentisch in Glaubens- und Sittensachen lehren und eine bestimmte Sentenz übereinstimmend als definitiv verpflichtend vortragen, so verkündigen sie auf unfehlbare Weise die Lehre Christi<sup>76</sup>. Dies ist noch offenkundiger der Fall, wenn sie auf einem Ökumenischen Konzil vereint für die ganze Kirche Lehrer und Richter des Glaubens und der Sitten sind. Dann ist ihren Definitionen mit Glaubensgehorsam anzuhängen<sup>77</sup>.

Diese Unfehlbarkeit, mit welcher der göttliche Erlöser seine Kirche bei der Festlegung der Glaubens- und Sittenlehre ausgestattet sehen wollte, reicht so weit wie das heilig zu behütende und getreulich auszulegende Gut der göttlichen Offenbarung. Dieser Unfehlbarkeit erfreut sich der römische Bischof, das Haupt des Bischofskollegiums, kraft seines Amtes, wenn er als oberster Hirt und Lehrer aller Christgläubigen, der seine Brüder im Glauben stärkt (vgl. Lk 22, 32), eine Glaubens- oder Sittenlehre in einem endgültigen Akt verkündet<sup>78</sup>. Daher heißen seine Definitionen mit Recht aus sich und nicht erst aufgrund der Zustimmung der Kirche unveränderlich, da sie ja unter dem Beistand des Heiligen Geistes vorgebracht sind, der ihm im heiligen Petrus verheißen wurde. Sie bedürfen daher keiner Bestätigung durch andere und dulden keine Berufung an ein anderes Urteil. In diesem Falle trägt nämlich der römische Bischof seinen Spruch nicht als Privatperson vor, sondern legt die katho-

<sup>76</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. Dei Filius, 3: Denz. 1712 (3011). Cf. nota adiecta ad Schema I de Eccl. (desumpta ex S. Rob. Bellarmino): Mansi 51, 579 C; necnon Schema reformatum Const. II de Ecclesia Christi, cum commentario Kleutgen: Mansi 53, 313 AB. Pius IX, Epist. Tuas libenter: Denz. 1683 (2879).

<sup>77</sup> Cf. Cod. Iur. Can., c. 1322—1323.

<sup>78</sup> Cf. Conc. Vat. I, Const. dogm. Pastor Aeternus: Denz. 1839 (3074).

<sup>76</sup> Vgl. I. Vat. Konzil, Const. dogm. Dei Filius, 3: Denz. 1712 (3011). Vgl. die dem Schema I über die Kirche beigefügte Anmerkung (entnommen aus Rob. Bellarmin): Mansi 51, 579 C; sowie das umgearbeitete Schema Const. II de Ecclesia Christi mit dem Kommentar von Kleutgen: Mansi 53, 313 AB. Pius IX, Brief Tuas libenter: Denz. 1683 (2879).

<sup>77</sup> Vgl. CIC, can. 1322—1323.

<sup>78</sup> Vgl. I. Vat. Konzil, Const. dogm. Pastor Aeternus: Denz. 1839 (3074).

catholicae exponit vel tuetur<sup>79</sup>. Infallibilitas Ecclesiae promissa in corpore Episcoporum quoque inest, quando supremum magisterium cum Petri Successore exercet. Istis autem definitionibus assensus Ecclesiae numquam deesse potest propter actionem eiusdem Spiritus Sancti, qua universus Christi grex in unitate fidei servatur et proficit<sup>80</sup>.

Cum autem sive Romanus Pontifex sive Corpus Episcoporum cum eo sententiam definiunt, eam proferunt secundum ipsam Revelationem, cui omnes stare et conformari tenentur et quae scripta vel tradita per legitimam Episcoporum successionem et imprimis ipsius Romani Pontificis cura integre transmittitur, atque praevalente Spiritu veritatis in Ecclesia sancte servatur et fideliter exponitur<sup>81</sup>. Ad quam rite indagandam et apte enuntiantdam, Romanus Pontifex et Episcopi, pro officio suo et rei gravitate, per media apta, sedulo operam navant<sup>82</sup>; novam vero revelationem publicam tamquam ad divinum fidei depositum pertinentem non accipiunt<sup>83</sup>.

26. Episcopus, plenitudine sacramenti Ordinis insignitus, est «oconomus gratiae supremi sacerdotii»<sup>84</sup>, praesertim in Eucharistia, quam ipse offert vel offerri curat<sup>85</sup>, et qua continuo vivet et crescit Ecclesia. Haec Christi Ecclesia vere adest in omnibus legitimis fidelium congregationibus localibus, quae, pastoribus suis adhaerentes, et ipsae in Novo Testamento ecclesiae vocantur<sup>86</sup>. Hae sunt enim loco suo Populus novus a Deo vocatus, in Spiritu Sancto et in plenitudine multa (cf. 1 Thess. 1, 5). In eis praedicatione Evangelii Christi congregantur fideles et celebratur mysterium Coenae Domini, «ut per escam et sanguinem Domini corporis fraternitas cuncta copuletur»<sup>87</sup>. In quavis altaris communitate, sub Episcopi sacro ministerio<sup>88</sup>, exhibetur symbolum illius caritatis et «unitatis Corporis my-

liche Glaubenslehre aus und schützt sie in seiner Eigenschaft als oberster Lehrer der Gesamtkirche, in dem das der Kirche selbst eigene Charisma der Unfehlbarkeit in einzigartiger Weise innewohnt<sup>79</sup>. Die der Kirche verheißene Unfehlbarkeit wohnt auch im Kollegium der Bischöfe, wenn es das oberste Lehramt zusammen mit dem Nachfolger Petri ausübt. Diesen Definitionen kann aber die Zustimmung der Kirche niemals fehlen vermöge der Wirksamkeit des Heiligen Geistes, kraft deren die gesamte Herde Christi in der Einheit des Glaubens bewahrt wird und voranschreitet<sup>80</sup>.

Wenn aber der römische Bischof oder die Körperschaft der Bischöfe mit ihm einen Satz definieren, legen sie ihn vor gemäß der Offenbarung, zu der zu stehen und nach der sich zu richten alle gehalten sind. In Schrift und Überlieferung wird sie durch die rechtmäßige Nachfolge der Bischöfe und insbesondere auch durch die Sorge des römischen Bischofs unversehrt weitergegeben und im Licht des Geistes der Wahrheit in der Kirche heilig gehütet und getreulich ausgelegt<sup>81</sup>. Um ihre rechte Durchforschung und angemessene Darstellung mühen sich eifrig mit geeigneten Mitteln der römische Pontifex und die Bischöfe, entsprechend ihrer Pflicht und dem Gewicht der Sache<sup>82</sup>. Eine zum göttlichen Glaubensgut gehörende neue und öffentliche Offenbarung empfangen sie jedoch nicht<sup>83</sup>.

26. Der Bischof ist, mit der Fülle des Weihesakramentes ausgezeichnet, „Verwalter der Gnade des höchsten Priestertums“<sup>84</sup>, vorzüglich in der Eucharistie, die er selbst darbringt oder darbringen läßt<sup>85</sup> und aus der die Kirche immerfort lebt und wächst. Diese Kirche Christi ist wahrhaft in allen rechtmäßigen Ortsgemeinschaften der Gläubigen anwesend, die in der Verbundenheit mit ihren Hirten im Neuen Testament auch selbst Kirchen heißen<sup>86</sup>. Sie sind nämlich je an ihrem Ort das von Gott gerufene neue Volk im Heiligen Geist und in reicher Fülle (vgl. 1 Thess 1, 5). In ihnen werden durch die Verkündigung der Frohbotschaft Christi die Gläubigen versammelt, in ihnen wird das Mysterium des Herrenmahls begangen, „auf daß durch Speise und Blut des Herrenleibes die ganze Brüdergemeinschaft zusammengefügt werde“<sup>87</sup>. In jedweder Altargemein-

<sup>79</sup> Cf. explicatio Gasser in Conc. Vat. I: Mansi 52, 1213 AC.

<sup>80</sup> Gasser, ib.: Mansi 1214 A.

<sup>81</sup> Gasser, ib.: Mansi 1215 CD, 1216—1217 A.

<sup>82</sup> Gasser, ib.: Mansi 1213.

<sup>83</sup> Conc. Vat. I, Const. dogm. Pastor Aeternus, 4: Denz. 1836 (3070).

<sup>84</sup> Oratio consecrationis episcopalis in ritu byzantino: Euchologion to mega, Romae 1873, p. 139.

<sup>85</sup> Cf. S. Ignatius M., Smyrn. 8, 1: ed. Funk, I, p. 282.

<sup>86</sup> Cf. Act. 8, 1; 14, 22—23; 20, 17, et passim.

<sup>87</sup> Oratio mozarabica: PL 96, 759 B.

<sup>88</sup> Cf. S. Ignatius M., Smyrn. 8, 1: ed. Funk, I, p. 282.

<sup>79</sup> Vgl. die Erläuterungen von Gasser auf dem I. Vat. Konzil: Mansi 52, 1213 AC.

<sup>80</sup> Gasser, ebd.: Mansi 1214 A.

<sup>81</sup> Gasser, ebd.: Mansi 1215 CD, 1216—1217 A.

<sup>82</sup> Gasser, ebd.: Mansi 1213.

<sup>83</sup> I. Vat. Konzil, Const. dogm. Pastor Aeternus, 4: Denz. 1836 (3070).

<sup>84</sup> Gebet zur Bischofsweihe im byzantinischen Ritus: Euchologion to mega (Rom 1873) 139.

<sup>85</sup> Vgl. Ignatius v. A., Smyrn. 8, 1: ed. Funk I, 282.

<sup>86</sup> Vgl. Apg 8, 1; 14, 22—23; 20, 17 u. ö.

<sup>87</sup> Mozarabische Oration: PL 96, 759 B.

stici, sine qua non potest esse salus»<sup>89</sup>. In his comunitatibus, licet saepe exiguis et pauperibus, vel in dispersione degentibus, praesens est Christus, cuius virtute consociatur una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia<sup>90</sup>. Etenim «non aliud agit participatio corporis et sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transeamus»<sup>91</sup>.

Omnis autem legitima Eucharistiae celebratio dirigitur ab Episcopo, cui officium commissum est cultum christianae religionis Divinae Maiestati deferendi atque administrandi secundum praecepta Domini et Ecclesiae leges, eius particulari iudicio ulterius pro dioecesi determinatas.

Ita Episcopi, orando pro populo et laborando, de plenitudine sanctitatis Christi multiformiter et abundanter effundunt. Per ministerium verbi virtutem Dei credentibus in salutem communicant (cf. Rom. 1, 16), et per sacramenta, quorum regularem et fructuosam distributionem auctoritate sua ordinant<sup>92</sup>, fideles sanctificant. Ipsi regunt collationem baptismi, quo regalis sacerdotii Christi participatio conceditur. Ipsi sunt ministri originarii confirmationis, dispensatores sacrorum ordinum et moderatores disciplinae poenitentialis, atque populos suos, ut in liturgia et praesertim in sacro Missae sacrificio partes suas fide et reverentia impleant, sollicitè exhortantur et instruunt. Eis denique quibus praesunt exemplo conversationis suae proficere debent, mores suos ab omni malo temperantes et quantum poterint, Domino adiuvante, ad bonum commutando, ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniant sempiternam<sup>93</sup>.

27. Episcopi Ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi regunt<sup>94</sup>, consiliis, suasionibus, exemplis, verum etiam auctoritate et sacra potestate, qua quidem non nisi ad gregem suum in veritate et sanctitate aedificandum utuntur, memo-

schaft wird unter dem heiligen Dienst des Bischofs<sup>88</sup> ein Symbol jener Liebe und jener „Einheit des mystischen Leibes, ohne die es kein Heil geben kann“<sup>89</sup>, hingestellt. In diesen Gemeinschaften, auch wenn sie oft klein und arm sind oder in der Zerstreuung leben, ist Christus anwesend, durch dessen Kraft die eine, heilige, katholische und apostolische Kirche zusammengehalten wird<sup>90</sup>. Denn „nichts anderes wirkt die Teilhabe an Leib und Blut Christi, als daß wir in das übergehen, was wir empfangen“<sup>91</sup>.

Jede rechtmäßige Eucharistiefeyer steht unter der Leitung des Bischofs, dem die Pflicht übertragen ist, den Kult der christlichen Religion der göttlichen Majestät darzubringen und zu betreuen gemäß den Geboten des Herrn und den Gesetzen der Kirche, die durch sein teilkirchlich geltendes Urteil für die Diözese näher bestimmt werden.

So spenden die Bischöfe durch Gebet und Arbeit für das Volk von der Fülle der Heiligkeit Christi vielfältig und reichlich aus. Durch den Dienst des Wortes teilen sie die Kraft Gottes den Glaubenden zum Heil mit (vgl. Röm 1, 16), und durch die Sakramente, deren geregelte und fruchtbare Verwaltung sie mit ihrer Autorität ordnen<sup>92</sup>, heiligen sie die Gläubigen. Sie leiten die Taufspendung, die Anteil am königlichen Priestertum Christi gewährt. Sie sind die ordentlichen Firmspender, sie erteilen die heiligen Weihen und regeln die Bußdisziplin. Ferner ermahnen und unterweisen sie sorgsam ihr Volk, daß es in der Liturgie und vorzüglich im Meßopfer seinen Anteil gläubig und ehrfürchtig erfülle. Schließlich müssen sie ihre Anbefohlenen mit dem Beispiel ihres Lebenswandels voranbringen, ihren eigenen Sittenwandel vor allem Bösen in Zucht nehmen und nach Kräften mit der Hilfe des Herrn zum Guten hin umwandeln, damit sie zusammen mit der ihnen anvertrauten Herde zum ewigen Leben gelangen<sup>93</sup>.

27. Die Bischöfe leiten die ihnen zugewiesenen Teilkirchen als Stellvertreter und Gesandte Christi<sup>94</sup> durch Raten, Empfehlen, Beispiel, aber auch durch Autorität und heilige Vollmacht, die sie indes allein zum Aufbau ihrer Herde in Wahrheit und Heilig-

<sup>89</sup> S. Thomas, Summa Theol. III, q. 73, a. 3.

<sup>90</sup> Cf. S. Augustinus, C. Faustum, 12, 20: PL 42, 265; Serm. 57, 7: PL 38, 389, etc.

<sup>91</sup> S. Leo M., Serm. 63, 7: PL 54, 357 C.

<sup>92</sup> Traditio Apostolica Hippolyti, 2—3: ed. Botte, pp. 26—30.

<sup>93</sup> Cf. textus examinis in initio consecrationis episcopalis, et Oratio in fine Missae eiusdem consecrationis, post Te Deum.

<sup>94</sup> Benedictus XIV, Br. Romana Ecclesia, 5 oct. 1752, § 1: Bullarium Benedicti XIV, t. IV, Romae 1758, 21: «Episcopus Christi typum gerit, Eiusque munere fungitur». Pius XII, Litt. Encycl. Mystici Corporis, l. c., p. 211: «Assignatos sibi greges singuli singulos Christi nomine pascunt et regunt».

<sup>88</sup> Vgl. Ignatius v. A., Smyrn. 8, 1: ed. Funk I, 282.

<sup>89</sup> Thomas v. A., Summa Theol. III, q. 73, a. 3.

<sup>90</sup> Vgl. Augustinus, C. Faustum, 12, 20: PL 42, 265; Serm. 57, 7: PL 38, 389 u. a.

<sup>91</sup> Leo d. Gr., Serm. 63, 7: PL 54, 357 C.

<sup>92</sup> Traditio Apostolica des Hippolyt, 2—3: ed. Botte, 26—30.

<sup>93</sup> Vgl. den Text des sog. Examens am Anfang der Bischofsweihe und die Oratio am Schluß der Weihmesse nach dem Te Deum.

<sup>94</sup> Benedikt XIV, Br. Romana Ecclesia, 5. Okt. 1752, § 1: Bullarium Benedicti XIV, t. IV, Rom 1758, 21: „Der Bischof stellt den Typus Christi dar und waltet Seines Amtes.“ Pius XII, Enc. Mystici Corporis, a. a. O. 21: „Die einzelnen (Bischöfe) weiden und leiten die jeweils ihnen zugewiesene Herde im Namen Christi.“

res quod qui maior est fiat sicut minor et qui praecessor est sicut ministrator (cf. Luc. 22, 26—27). Haec potestas, qua nomine Christi personaliter funguntur, est propria, ordinaria et immediata, licet a suprema Ecclesiae auctoritate exercitium eiusdem ultimatim regatur et certis limitibus, intuitu utilitatis Ecclesiae vel fidelium, circumscribi possit. Vi huius potestatis Episcopi sacrum ius et coram Domino officium habent in suos subditos leges ferendi, iudicium faciendi, atque omnia, quae ad cultus apostolatusque ordinem pertinent, moderandi.

Ipsis munus pastorale seu habitualis et cotidiana cura ovium suarum plene committitur, neque vicarii Romanorum Pontificum putandi sunt, quia potestatem gerunt sibi propriam verissimeque populorum quos regunt Antistites dicuntur<sup>95</sup>. Eorum itaque potestas a suprema et universali potestate non eliditur, sed e contra asseritur, roboratur et vindicatur<sup>96</sup>, Spiritu Sancto constitutam a Christo Domino in sua Ecclesia regiminis formam indefectibiliter servante.

Episcopus, missus a Patrefamilias ad gubernandam familiam suam, ante oculos teneat exemplum Boni Pastoris, qui venit non ministrari sed ministrare (cf. Matth. 20, 28; Marc. 10, 45) et animam suam pro ovibus ponere (cf. Io. 10, 11). Assumptus ex hominibus et circumdatus infirmitate, condolare potest iis qui ignorant et errant (cf. Hebr. 5, 1—2). Subditos, quos ut veros filios suos fovet et ad alacriter secum cooperandum exhortatur, audire ne renuat. Pro animabus eorum rationem redditurus Deo (cf. Hebr. 13, 17) oratione, praedicatione omnibusque operibus caritatis curam habeat tum eorumdem, tum etiam illorum qui de uno grege nondum sunt, quos in Domino commendatos sibi habeat. Ipse, cum sicut Paulus Apostolus cunctis debitor sit, promptus sit omnibus evangelizare (cf. Rom. 1, 14—15), fidelesque suos ad operositatem apostolicam et missionalem exhortari. Fideles autem Episcopo adhaerere debent sicut Ecclesia Iesu Christo, et sicut Iesus Christus Patri, ut omnia per unitatem consentiant<sup>97</sup>, et abundant in gloriam Dei (cf. 2 Cor. 4, 15).

keit gebrauchen, eingedenk, daß der Größere werden soll wie der Geringere und der Vorsteher wie der Diener (vgl. Lk 22, 26—27). Diese Gewalt, die sie im Namen Christi persönlich ausüben, kommt ihnen als eigene, ordentliche und unmittelbare Gewalt zu, auch wenn ihr Vollzug letztlich von der höchsten kirchlichen Autorität geregelt wird und im Hinblick auf den Nutzen der Kirche oder der Gläubigen mit bestimmten Grenzen umschrieben werden kann. Kraft dieser Gewalt haben die Bischöfe das heilige Recht und vor dem Herrn die Pflicht, Gesetze für ihre Untergebenen zu erlassen, Urteile zu fällen und alles, was zur Ordnung des Gottesdienstes und des Apostolats gehört, zu regeln.

Ihnen ist das Hirtenamt, das heißt die beständige tägliche Sorge für ihre Schafe, im vollen Umfang anvertraut. Sie sind nicht als Stellvertreter der römischen Bischöfe zu verstehen, denn sie haben eine ihnen eigene Gewalt inne und heißen in voller Wahrheit Vorsteher des Volkes, das sie leiten<sup>95</sup>. Folglich wird ihre Gewalt von der obersten und allgemeinen Gewalt nicht ausgeschaltet, sondern im Gegenteil bestätigt, gestärkt und in Schutz genommen<sup>96</sup>. Dabei bewahrt der Heilige Geist die von Christus dem Herrn in seiner Kirche gesetzte Form der Leitung ohne Minderung.

Der Bischof, der vom Hausvater gesandt ist, seine Familie zu lenken, soll sich das Beispiel des guten Hirten vor Augen halten, der nicht gekommen ist, sich bedienen zu lassen, sondern zu dienen (vgl. Mt 20, 28; Mk 10, 45) und sein Leben für seine Schafe hinzugeben (vgl. Jo 10, 11). Aus den Menschen genommen und in Schwachheit gehüllt, kann er mit leiden mit denen, die in Unwissenheit und Irrtum sind (vgl. Hebr 5, 1—2). Er soll sich nicht weigern, seine Untergebenen zu hören, die er wie wirkliche Söhne hegt und zu eifriger Mitarbeit mahnt. Da er für ihre Seelen Gott wird Rechenschaft ablegen müssen (vgl. Hebr 13, 17), soll er für sie durch Gebet, Predigt und jederlei Liebeswerk Sorge tragen, desgleichen für jene, die noch nicht von der einen Herde sind und die er doch im Herrn als sich aufgegeben betrachten soll. Da er wie der Apostel Paulus allen Schuldner ist, sei er bereit, allen das Evangelium zu predigen (vgl. Röm 1, 14—15) und seine Gläubigen zu apostolischem und missionarischem Tatkraft zu ermuntern. Die Gläubigen aber müssen dem Bischof anhängen wie die Kirche

<sup>95</sup> Leo XIII, Epist. Encycl. Satis cognitum, 29 iun. 1896: ASS 28 (1895—96) p. 732. Id., Epist. Officio sanctissimo, 22 dec. 1887: ASS 20 (1887) p. 264. Pius IX, Litt. Apost. ad Episcopos Germaniae, 12 mart. 1875, et Alloc. Consist., 15 mart. 1875: Denz. 3112—3117, in nova ed. tantum.

<sup>96</sup> Conc. Vat. I, Const. dogm. Pastor aeternus, 3: Denz. 1828 (3061). Cf. Relatio Zinelli: Mansi 52, 1114 D.

<sup>97</sup> Cf. S. Ignatius M., Ad Ephes. 5, 1: ed. Funk, I, p. 216.

<sup>95</sup> Leo XIII, Enz. Satis cognitum, 29. Juni 1896: AAS 28 (1895—96) 732. Ders., Epist. Officio sanctissimo, 22. Dez. 1887: AAS 20 (1887) 264. Pius IX, Apost. Brief an die deutschen Bischöfe, 12. März 1875, u. Konsist.-Ansprache, 15. März 1875: Denz. 3112—3117 (nur in der Neuauflage enthalten).

<sup>96</sup> I. Vat. Konzil. Dogm. Konst. Pastor aeternus, 3: Denz. 1828 (3061). Vgl. die Relation von Zinelli: Mansi 52, 1114 D.



Jesus Christus und wie Jesus Christus dem Vater, damit alles in Einigkeit übereinstimme<sup>97</sup> und überströme zur Verherrlichung Gottes (vgl. 2 Kor 4, 15).

28. Christus, quem Pater sanctificavit et misit in mundum (Io. 10, 36), consecrationis missionisque suae per Apostolos suos, eorum successores, videlicet Episcopos, participes effecit<sup>98</sup>, qui munus ministerii sui, vario gradu, variis subiectis in Ecclesia legitime tradiderunt. Sic ministerium ecclesiasticum divinitus institutum diversis ordinibus exercetur ab illis qui iam ab antiquo Episcopi, Presbyteri, Diaconi vocantur<sup>99</sup>. Presbyteri, quamvis pontificatus apicem non habeant et in exercenda sua potestate ab Episcopis pendeant, cum eis tamen sacerdotali honore coniuncti sunt<sup>100</sup> et vi sacramenti Ordinis<sup>101</sup>, ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis (Hebr. 5, 1—10; 7, 24; 9, 11—28), ad Evangelium praedicandum fidelesque pascendos et ad divinum cultum celebrandum consecrantur, ut veri sacerdotes Novi Testamenti<sup>102</sup>. Muneri unici Mediatoris Christi (1 Tim. 2, 5) participes in suo gradu ministerii, omnibus verbum divinum annuntiant. Suum vero munus sacrum maxime exercent in eucharistico cultu vel synaxi, qua in persona Christi agentes<sup>103</sup> Eiusque mysterium proclamantes, vota fidelium sacrificio Capitis ipsorum coniungunt, et unicum sacrificium Novi Testamenti, Christi scilicet Sese Patri immaculatam hostiam semel offerentis (cf. Hebr. 9, 11—28), in sacrificio Missae usque ad adventum Domini (cf. 1 Cor. 11, 26) repraesentant et applicant<sup>104</sup>. Pro fidelibus autem poenitentibus vel aegrotantibus ministerio reconciliationis et alleviationis summe funguntur, et necessitates ac preces fidelium ad Deum Patrem afferunt (cf. Hebr. 5, 1—4). Munus Christi Pastoris et Capitis pro sua parte auctoritatis exercentes<sup>105</sup>, familiam Dei, ut fraternitatem in unum animatam<sup>106</sup>, colligunt et per Christum in Spiritu ad Deum Patrem adducunt. In medio gregis Eum in spiritu et veritate adorant (cf. Io. 4, 24). In verbo demum et

28. Christus, den der Vater geheiligt und in die Welt gesandt hat (Jo 10, 36), hat durch seine Apostel deren Nachfolger, die Bischöfe, seiner eigenen Weihe und Sendung teilhaftig gemacht. Diese wiederum haben ihr Dienstamt in mehrfacher Abstufung verschiedenen Trägern in der Kirche rechtmäßig weitergegeben<sup>98</sup>. So wird der aus göttlicher Einsetzung kommende kirchliche Dienst in verschiedenen Ordnungen ausgeübt von jenen, die schon seit alters Bischöfe, Priester, Diakone heißen<sup>99</sup>. Die Priester haben zwar nicht die höchste Stufe der priesterlichen Weihe und hängen in der Ausübung ihrer Gewalt von den Bischöfen ab; dennoch sind sie mit ihnen in der priesterlichen Würde verbunden<sup>100</sup> und kraft des Weihesakramentes<sup>101</sup> nach dem Bilde Christi, des höchsten und ewigen Priesters (Hebr 5, 1—10; 7, 24; 9, 11—28), zur Verkündigung der Frohbotschaft, zum Hirtendienst an den Gläubigen und zur Feier des Gottesdienstes geweiht und so wirkliche Priester des Neuen Bundes<sup>102</sup>. Auf der Stufe ihres Dienstes haben sie Anteil am Amt des einzigen Mittlers Christus (1 Tim 2, 5) und verkünden allen das Wort Gottes. Am meisten üben sie ihr heiliges Amt im eucharistischen Kult, das heißt beim Herrenmahl, aus, wobei sie in der Person Christi handeln<sup>103</sup> und sein Mysterium verkünden, die Hingabe der Gläubigen dem Opfer ihres Hauptes verbinden und bis zur Wiederkunft des Herrn (vgl. 1 Kor 11, 26) im Meßopfer das einzige Opfer des Neuen Bundes vergegenwärtigen und zuwenden<sup>104</sup>, das Opfer Christi nämlich, der sich ein für allemal dem Vater als unbefleckte Gabe dargebracht hat (vgl. Hebr 9, 11—28). Für die büßenden oder von Krankheit heimgesuchten Gläubigen walten sie vollmächtig des Amtes der Versöhnung und der Wiederaufrichtung; die Nöte und Bitten der Gläubigen tragen sie zum Vatergott hin (vgl. Hebr 5,

<sup>98</sup> Cf. S. Ignatius M., Ad Ephes. 6, 1: ed. Funk, I, p. 218.

<sup>99</sup> Cf. Conc. Trid., Sess. 23, De sacr. Ordinis, cap. 2: Denz. 958 (1765), et can. 6: Denz. 966 (1776).

<sup>100</sup> Cf. Innocentius I, Epist. ad Decentium: PL 20, 554 A; Mansi 3, 1029; Denz. 98 (215): «Presbyteri, licet secundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent.» S. Cyprianus, Epist. 61, 3: ed. Hartel, p. 696.

<sup>101</sup> Cf. Conc. Trid., l. c.: Denz. 956a—968 (1763—1778), et in specie can. 7: Denz. 967 (1777). Pius XII, Const. Apost. Sacramentum Ordinis: Denz. 2301 (3857—61).

<sup>102</sup> Cf. Innocentius I, l. c. S. Gregorius Naz., Apol. II, 22: PG 35, 432 B. Ps.-Dionysius, Eccl. Hier., 1, 2: PG 3, 372 D.

<sup>103</sup> Cf. Conc. Trid., Sess. 22: Denz. 940 (1743). Pius XII, Litt. Encycl. Mediator Dei, 20 nov. 1947: AAS 39 (1947) p. 553; Denz. 2300 (3850).

<sup>104</sup> Cf. Conc. Trid., Sess. 22: Denz. 938 (1739—40). Conc. Vat. II, Const. De Sacra Liturgia, n. 7 et n. 47.

<sup>105</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. Mediator Dei, l. c., sub n. 67.

<sup>106</sup> Cf. S. Cyprianus, Epist. 11, 3: PL 4, 242 B; Hartel, II, 2, p. 497.

<sup>97</sup> Vgl. Ignatius v. A., Ad Ephes. 5, 1: ed. Funk I, 216.

<sup>98</sup> Vgl. Ignatius v. A., Ad Ephes. 6, 1: ed. Funk I, 218.

<sup>99</sup> Vgl. Konzil v. Trient, Sess. 23, De sacr. Ordinis, Kap. 2: Denz. 958 (1765), u. can. 6: Denz. 966 (1776).

<sup>100</sup> Vgl. Innocenz I, Brief an Decentium: PL 20, 554 A; Mansi 3, 1029; Denz. 98 (215): „Die Presbyter haben als Priester zweiter Ordnung nicht die volle Höhe des geistlichen Amtes inne.“ Cyprian, Epist. 61, 3: ed. Hartel 696.

<sup>101</sup> Vgl. Konzil v. Trient, a. a. O.: Denz. 956a—968 (1763 bis 1778), u. bes. can. 7: Denz. 967 (1777). Pius XII, Apost. Konst. Sacramentum Ordinis: Denz. 2301 (3857—3861).

<sup>102</sup> Vgl. Innocenz I, a. a. O. Gregor v. Naz., Apol. II, 22: PG 35, 432 B. Ps.-Dionysius, Eccl. Hier., 1, 2: PG 3, 372 D.

<sup>103</sup> Vgl. Konzil v. Trient, Sess. 22: Denz. 940 (1743). Pius XII, Enz. Mediator Dei, 20. Nov. 1947: AAS 39 (1947) 553; Denz. 2300 (3850).

<sup>104</sup> Vgl. Konzil v. Trient, Sess. 22: Denz. 938 (1739—1740). II. Vat. Konzil, Konst. De Sacra Liturgia, n. 7 u. n. 47.

doctrina laborant (cf. 1 Tim. 5, 17), credentes quod in lege Domini meditantur legerint, docentes quod crediderint, imitantes quod docuerint<sup>107</sup>.

Presbyteri, ordinis Episcopalis providi cooperatores<sup>108</sup> eiusque adiutorium et organum, ad Populo Dei inserviendum vocati, unum presbyterium<sup>109</sup> cum suo Episcopo constituunt, diversis quidem officiis mancipatum. In singulis localibus fidelium congregationibus Episcopum, quocum fidenti et magno animo consociantur, quodammodo praesentem reddunt eiusque munera et sollicitudinem pro parte suscipiunt et cura cotidiana exercent. Qui sub auctoritate Episcopi portionem gregis dominici sibi addictam sanctificant et regunt, Ecclesiam universalem in suo loco visibilem faciunt et in aedificando toto corpore Christi (cf. Eph. 4, 12) validam opem afferunt. Ad bonum autem filiorum Dei semper intenti operam suam ad opus pastorale totius dioeceseos, immo totius Ecclesiae conferre studeant. Propter hanc in sacerdoti et missione participationem Presbyteri Episcopum vere ut patrem suum agnoscant eique reverenter oboediant. Episcopus vero Sacerdotes cooperatores suos ut filios et amicos consideret, sicut Christus discipulos suos iam non servos, sed amicos vocat (cf. Io. 15, 15). Corpori igitur Episcoporum, ratione Ordinis et ministerii, omnes Sacerdotes, tum dioecesani tum religiosi coaptantur et bono totius Ecclesiae pro sua vocatione et gratia inserviunt.

Vi communis sacrae ordinationis et missionis Presbyteri omnes inter se intima fraternitate necuntur, quae sponte ac libenter sese manifestet in mutuo auxilio, tam spirituali quam materiali, tam pastorali quam personali, in conventibus et comunione vitae, laboris et caritatis.

1—4). Das Amt Christi des Hirten und Hauptes üben sie entsprechend dem Anteil ihrer Vollmacht aus<sup>105</sup>, sie sammeln die Familie Gottes als von einem Geist durchdrungene Gemeinde von Brüdern<sup>106</sup> und führen sie durch Christus im Geist zu Gott dem Vater. Inmitten der Herde beten sie ihn in Geist und Wahrheit an (vgl. Jo 4, 24). Endlich mühen sie sich im Wort und in der Lehre (vgl. 1 Tim 5, 17), sie glauben, was sie im Gesetz des Herrn meditierend gelesen haben, lehren, was sie glauben, verwirklichen, was sie lehren<sup>107</sup>.

Als sorgsame Mitarbeiter<sup>108</sup>, als Hilfe und Organ des Bischofsstandes bilden die Priester, die zum Dienst am Volke Gottes gerufen sind, in Einheit mit ihrem Bischof ein einziges Presbyterium<sup>109</sup>, das freilich mit unterschiedlichen Pflichten beauftragt ist. In den einzelnen örtlichen Versammlungen der Gläubigen machen sie den Bischof, mit dem sie in vertrauensvoller und großzügiger Gesinnung verbunden sind, gewissermaßen gegenwärtig; sie übernehmen zu ihrem Teil seine Aufgabe und seine Sorge und verwirklichen sie in täglicher Mühewaltung. Unter der Autorität des Bischofs heiligen und leiten sie den ihnen zugewiesenen Anteil der Herde des Herrn, machen die Gesamtkirche an ihrem Orte sichtbar und leisten einen wirksamen Beitrag zur Erbauung des gesamten Leibes Christi (vgl. Eph 4, 12). Auf das Wohl der Kinder Gottes allzeit bedacht, sollen sie darüber hinaus bestrebt sein, ihren Anteil beizutragen zur Hirtenarbeit an der ganzen Diözese, ja an der ganzen Kirche. Um dieser Teilhabe an Priestertum und Sendung willen sollen die Priester den Bischof wahrhaft als ihren Vater anerkennen und ihm erfürchtig gehorchen. Der Bischof hinwiederum soll seine priesterlichen Mitarbeiter als Söhne und Freunde ansehen, gleichwie Christus seine Jünger nicht mehr Knechte, sondern Freunde nennt (vgl. Jo 15, 15). Diözesan- wie Ordenspriester sind also alle zusammen aufgrund ihrer Weihe und ihres Dienstes dem Kollegium der Bischöfe zugeordnet und wirken vermöge ihrer Berufung und der ihnen verliehenen Gnade zum Wohl der gesamten Kirche.

Kraft der Gemeinsamkeit der heiligen Weihe und Sendung sind die Priester alle einander in ganz enger Brüderlichkeit verbunden. Diese soll sich spontan und freudig äußern in gegenseitiger Hilfe, geistiger wie materieller, pastoraler wie persönlicher Art, in Zusammenkünften, in der Gemeinschaft des Lebens, der Arbeit und der Liebe.

<sup>107</sup> Ordo consecrationis sacerdotalis, in impositione vestimentorum.

<sup>108</sup> Ordo consecrationis sacerdotalis, in Praefatione.

<sup>109</sup> Cf. S. Ignatius M., Philad., 4: ed. Funk, I, p. 266. S. Cornelius I, apud S. Cyprianum, Epist. 48, 2: Hartel, III, 2, p. 610.

<sup>105</sup> Vgl. Pius XII, Enz. Mediator Dei, a. a. O. unter Nr. 67.

<sup>106</sup> Vgl. Cyprian, Epist. 11, 3: PL 4, 242 B; Hartel II, 2, 497.

<sup>107</sup> Liturgie der Priesterweihe, beim Anlegen der Gewänder.

<sup>108</sup> Liturgie der Priesterweihe, Präfation.

<sup>109</sup> Vgl. Ignatius v. A., Philad. 4: ed. Funk I, 266. Cornelius I, bei Cyprian, Epist. 48, 2: Hartel III, 2, 610.

Fidelium vero, quos spiritualiter baptisate et doctrina genuerunt (cf. 1 Cor. 4, 15; 1 Petr. 1, 23), curam tamquam patres in Christo agant. Forma facti gregis ex animo (1 Petr. 5, 3) suae communitati locali ita praesint et inserviant, ut ista digne vocari possit illo nomine, quo unus et totus Populus Dei insignitur, Ecclesiae scilicet Dei (cf. 1 Cor. 1, 2; 2 Cor. 1, 1; et passim). Memores sint se sua cotidiana conversatione et sollicitudine fidelibus et infidelibus, catholicis et non catholicis, faciem ministerii vere sacerdotalis et pastoralis exhibere, omnibusque testimonium veritatis et vitae reddere debere, et ut boni pastores illos quoque quaerere (cf. Luc. 15, 4—7), qui baptizati quidem in Ecclesia catholica a praxi sacramentorum, vel imo a fide defecerunt.

Quia genus humanum hodie magis magisque in unitatem civilem, oeconomicam et socialem coalescit, eo magis oportet ut Sacerdotes, coniuncta cura et ope sub ductu Episcoporum et Summi Pontificis, omnem rationem dispersionis elidant, ut in unitatem familiae Dei totum genus humanum adducatur.

29. In gradu inferiori hierarchiae sistunt Diaconi, quibus «non ad sacerdotium, sed ad ministerium» manus imponuntur<sup>110</sup>. Gratia etenim sacramentali roborati, in diaconia liturgiae, verbi et caritatis Populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inserviunt. Diaconi est, prout ei a competenti auctoritate assignatum fuerit, solemniter baptismum administrare, Eucharistiam servare et distribuere, matrimonio Ecclesiae nomine assistere et benedicere, Viaticum moribundis deferre, fidelibus sacram legere Scripturam, populum instruere et exhortari, fidelium cultui et orationi praesidere, sacramentalia ministrare, ritui funeris ac sepulturae praeesse. Caritatis et administrationis officiis dediti, meminerint Diaconi moniti Beati Polycarpi: «Miscricordes, seduli, incedentes iuxta veritatem Domini, qui omnium minister factus est.»<sup>111</sup>

Die Fürsorge für die Gläubigen, die sie geistlich in Taufe und Lehre gezeugt haben (vgl. 1 Kor 4, 15; 1 Petr 1, 23), sollen sie wie Väter in Christus wahrnehmen. Als Vorbilder der Herde aus Überzeugung (1 Petr 5, 3) sollen sie ihrer Ortsgemeinde so vorstehen und dienen, daß diese zurecht mit jenem Namen benannt werden kann, der die Auszeichnung des einen und ganzen Gottesvolkes ist: Kirche Gottes (vgl. 1 Kor 1, 2; 2 Kor 1, 1 u. passim). Sie seien eingedenk, daß sie in ihrem täglichen Wandel und ihrer Obsorge für Gläubige und Ungläubige, Katholiken und Nichtkatholiken, das Antlitz des wahren Priester- und Hirtendienstes bieten und allen das Zeugnis der Wahrheit und des Lebens geben müssen. Als gute Hirten haben sie die Pflicht, auch jenen nachzugehen (vgl. Lk 15, 4—7), die zwar in der katholischen Kirche getauft, aber von der Praxis des sakramentalen Lebens oder gar vom Glauben abgefallen sind.

Weil die Menschheit heute mehr und mehr zur Einheit im bürgerlichen, ökonomischen und sozialen Bereich zusammenwächst, sollen die Priester um so mehr in vereinter Sorgfalt und Mühewaltung unter Leitung der Bischöfe und des Papstes jede Art von Spaltung beseitigen, damit die ganze Menschheit der Einheit der Familie Gottes zugeführt werde.

29. In der Hierarchie eine Stufe tiefer stehen die Diakone, welche die Handauflegung „nicht zum Priestertum, sondern zur Dienstleistung empfangen“<sup>110</sup>. Mit sakramentaler Gnade gestärkt, dienen sie dem Volke Gottes in der Diakonie der Liturgie, des Wortes und der Liebestätigkeit in Gemeinschaft mit dem Bischof und seinem Presbyterium. Sache des Diakons ist es, je nach Weisung der zuständigen Autorität, feierlich die Taufe zu spenden, die Eucharistie zu verwahren und auszuteilen, der Eheschließung im Namen der Kirche zu assistieren und sie zu segnen, die Wegzehrung den Sterbenden zu überbringen, vor den Gläubigen die Heilige Schrift zu lesen, das Volk zu lehren und zu ermahnen, dem Gottesdienst und dem Gebet der Gläubigen vorzustehen, Sakramentalien zu spenden und den Beerdigungsritus zu leiten. Den Pflichten der Liebestätigkeit und der Verwaltung hingegeben, sollen die Diakone eingedenk sein der Mahnung des heiligen Polykarp: „Barmherzig, eifrig, wandelnd nach der Wahrheit des Herrn, der aller Diener geworden ist.“<sup>111</sup>

<sup>110</sup> Constitutiones Ecclesiae aegyptiacae, III, 2: ed. Funk, Didascalia, II, p. 103. Statuta Eccl. Ant. 37—41: Mansi 3, 954.

<sup>111</sup> S. Polycarpus, Ad Phil. 5, 2: ed. Funk, I, p. 300: Christus dicitur «omnium diaconus factus». Cf. Didache, 15, 1: ib., p. 32. S. Ignatius M., Trall. 2, 3: ib., p. 242. Constitutiones Apostolorum, 8, 28, 4: ed. Funk, Didascalia, I, p. 530.

<sup>110</sup> Constitutiones Ecclesiae aegyptiacae, III, 2: ed. Funk, Didascalia, II, 103. Statuta Eccl. Ant. 37—41: Mansi 3, 954.

<sup>111</sup> Polykarp, Ad Phil. 5, 2: ed. Funk I, 300: Von Christus wird gesagt, er sei „aller Diener geworden“. Vgl. Didache, 15, 1: ebd. 32. Ignatius v. A., Trall. 2, 3: ebd. 242. Constitutiones Apostolorum, 8, 28, 4: ed. Funk, Didascalia, I, 530.

Cum vero haec munera, ad vitam Ecclesiae summpere necessaria, in disciplina Ecclesiae latinae hodie vigenti in pluribus regionibus adimpleri difficulter possint, Diaconatus in futurum tamquam proprius ac permanens gradus hierarchiae restitui poterit. Ad competentes autem varii generis territoriales Episcoporum coetus, approbante ipso Summo Pontifice, spectat decernere, utrum et ubinam pro cura animarum huiusmodi Diaconos institui opportunum sit. De consensu Romani Pontificis hic Diaconatus viris maturioris aetatis etiam in matrimonio viventibus conferri poterit, necnon iuvenibus idoneis, pro quibus tamen lex coelibatus firma remanere debet.

#### CAPUT IV

#### De Laicis

30. Sancta Synodus, muneribus Hierarchiae declaratis, libenter animum advertit statui illorum Christifidelium qui laici nuncupantur. Quodsi omnia quae de Populo Dei dicta sunt, ad laicos, religiosos et clericos aequaliter diriguntur, laicis tamen, viris et mulieribus, ratione condicionis et missionis, quaedam particulariter pertinent, quorum fundamenta ob specialia rerum adiuncta nostri temporis magis expendenda sunt. Pastores enim sacri probe norunt quantum laici ad bonum totius Ecclesiae conferant. Sciunt enim Pastores se a Christo non esse institutos, ut totam missionem salvificam Ecclesiae versus mundum in se solos suscipiant, sed praeclarum munus suum esse ita pascere fideles eorumque ministraciones et charismata ita recognoscere, ut cuncti suo modo ad commune opus unanimiter cooperentur. Oportet enim, ut omnes «veritatem facientes in caritate, crescamus in Illo per omnia, qui est caput Christus: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate» (Eph. 4, 15—16).

31. Nomine laicorum hic intelleguntur omnes christifideles praeter membra ordinis sacri et status religiosi in Ecclesia sanciti, christifideles scilicet qui, utpote baptisate Christo concorporati, in Populum Dei constituti, et de munere Christi sacerdotali, prophetico et regali suo modo participes facti, pro

Weil diese für die Kirche in höchstem Maße lebensnotwendigen Aufgaben bei der gegenwärtig geltenden Ordnung der lateinischen Kirche in zahlreichen Gebieten nur schwer erfüllt werden können, kann in Zukunft der Diakonat als eigene und beständige hierarchische Stufe wiederhergestellt werden. Den zuständigen verschiedenartigen territorialen Bischofskonferenzen kommt mit Billigung des Papstes die Entscheidung zu, ob und wo es für die Seelsorge angebracht ist, derartige Diakone zu bestellen. Mit Zustimmung des römischen Bischofs wird dieser Diakonat auch verheirateten Männern reiferen Alters erteilt werden können, ferner geeigneten jungen Männern, für die jedoch das Zölibatsgesetz in Kraft bleiben muß.

#### VIERTES KAPITEL

#### Die Laien

30. Nachdem die Heilige Synode die hierarchischen Ämter erklärt hat, wendet sie nun bereitwillig ihre Aufmerksamkeit dem Stand jener Christgläubigen zu, die man Laien nennt. Gewiß richtet sich alles, was über das Volk Gottes gesagt wurde, in gleicher Weise an Laien, Ordensleute und Kleriker. Doch geht einiges aufgrund ihrer Stellung und Sendung in besonderer Weise die Laien beiderlei Geschlechts an. Das muß wegen der besonderen Verhältnisse unserer Zeit weiter begründet werden. Die geweihten Hirten wissen sehr gut, wieviel die Laien zum Wohl der ganzen Kirche beitragen. Sie wissen ja, daß sie von Christus nicht bestellt sind, um die ganze Heilsmission der Kirche an der Welt allein auf sich zu nehmen, sondern daß es ihre vornehmliche Aufgabe ist, die Gläubigen so als Hirten zu führen und ihre Dienstleistungen und Charismen so zu prüfen, daß alle in ihrer Weise zum gemeinsamen Werk einmütig zusammenarbeiten. Wir alle müssen nämlich, „indem wir die Wahrheit in Liebe tun, in allem auf ihn hin wachsen, der das Haupt ist, Christus: von ihm aus wird der ganze Leib zusammengefügt und zusammengehalten durch jedes Band des Zusammenwirkens, entsprechend der dem einzelnen Glied zugemessenen Wirkkraft, und wirkt so das Wachsen des Leibes zu seinem Aufbau in Liebe“ (Eph 4, 15—16).

31. Unter der Bezeichnung Laien sind hier alle Christgläubigen verstanden, die nicht Glieder des Weihestandes und des in der Kirche anerkannten Ordensstandes sind, das heißt die Christgläubigen, die, durch die Taufe Christus einverleibt, zum Volk Gottes gemacht und des priesterlichen, propheti-

parte sua missionem totius populi christiani in Ecclesia et in mundo exercent.

Laicis indoles saecularis propria et peculiaris est. Membra enim ordinis sacri, quamquam aliquando in saecularibus versari possunt, etiam saecularem professionem exercendo, ratione suae particularis vocationis praecipue et ex professo ad sacrum ministerium ordinantur, dum religiosi suo statu praeclarum et eximium testimonium reddunt, mundum transfigurari Deoque offerri non posse sine spiritu beatitudinum. Laicorum est, ex vocatione propria, res temporales gerendo et secundum Deum ordinando, regnum Dei quaerere. In saeculo vivunt, scilicet in omnibus et singulis mundi officiis et operibus et in ordinariis vitae familiaris et socialis conditionibus, quibus eorum existentia quasi contextitur. Ibi a Deo vocantur, ut suum proprium munus exercendo, spiritu evangelico ducti, fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra conferant, sicque praeprimis testimonio vitae suae, fide, spe et caritate fulgentes, Christum aliis manifestent. Ad illos ergo peculiari modo spectat res temporales omnes, quibus arcte coniunguntur, ita illuminare et ordinare, ut secundum Christum iugiter fiant et crescant et sint in laudem Creatoris et Redemptoris.

32. Ecclesia sancta, ex divina institutione, mira varietate ordinatur et regitur. «Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra» (Rom. 12, 4—5).

Unus est ergo Populus Dei electus: «unus Dominus, una fides, unum baptisma» (Eph. 4, 5); communis dignitas membrorum ex eorum in Christo regeneratione, communis filiorum gratia, communis ad perfectionem vocatio, una salus, una spes indivisaque caritas. Nulla igitur in Christo et in Ecclesia inaequalitas, spectata stirpe vel natione, condicione sociali vel sexu, quia «non est Iudaeus neque Graecus: non est servus neque liber: non est masculus neque femina. Omnes enim vos „unus“ estis in Christo Iesu» (Gal. 3, 28 gr.; cf. Col. 3, 11).

schen und königlichen Amtes Christi auf ihre Weise teilhaftig, zu ihrem Teil die Sendung des ganzen christlichen Volkes in der Kirche und in der Welt ausüben.

Den Laien ist der Weltcharakter in besonderer Weise eigen. Die Glieder des geweihten Standes können zwar bisweilen mit weltlichen Dingen zu tun haben, sogar in Ausübung eines weltlichen Berufes. Aufgrund ihrer besonderen Erwählung aber sind sie vor allem und von Berufs wegen dem heiligen Dienst zugeordnet, während die Ordensleute durch ihren Stand ein deutliches und hervorragendes Zeugnis dafür geben, daß die Welt nicht ohne den Geist der Seligpreisungen verklärt und Gott dargebracht werden kann. Sache der Laien ist es, kraft ihrer eigentümlichen Berufung in der Verwaltung und gottmäßigen Ordnung der zeitlichen Dinge das Reich Gottes zu suchen. Sie leben in der Welt, das heißt in all den einzelnen irdischen Pflichten und Werken und den gewöhnlichen Bedingungen des Familien- und Gesellschaftslebens, aus denen ihre Existenz gleichsam zusammengewebt ist. Dort sind sie von Gott gerufen, ihre eigentümliche Aufgabe, vom Geist des Evangeliums geleitet, auszuüben und so wie ein Sauerteig zur Heiligung der Welt gewissermaßen von innen her beizutragen und vor allem durch das Zeugnis ihres Lebens, im Glanz von Glaube, Hoffnung und Liebe Christus den anderen kund zu machen. Ihre Aufgabe ist es also in besonderer Weise, alle zeitlichen Dinge, mit denen sie eng verbunden sind, so zu durchleuchten und zu ordnen, daß sie in stets wachsendem Maße Christus entsprechen und zum Lob des Schöpfers und Erlösers gereichen.

32. Die heilige Kirche ist kraft göttlicher Einrichtung in wunderbarer Mannigfaltigkeit geordnet und geleitet. „Wie wir nämlich an dem einen Leibe viele Glieder haben, die Glieder aber nicht alle den gleichen Dienst verrichten, so sind wir als viele ein einziger Leib in Christus, als einzelne aber untereinander Glieder“ (Röm 12, 4—5).

Eines ist also das auserwählte Volk Gottes: „Ein Herr, ein Glaube, eine Taufe“ (Eph 4, 5); gemeinsam die Würde der Glieder, aus ihrer Wiedergeburt in Christus, gemeinsam die Gnade der Kindschaft, gemeinsam die Berufung zur Vollkommenheit, eines ist das Heil, eine die Hoffnung und ungeteilt die Liebe. Es gibt also in Christus und in der Kirche keine Ungleichheit aufgrund von Rasse und Volkszugehörigkeit, sozialer Stellung oder Geschlecht; denn „es gilt nicht mehr Jude und Heide, nicht Sklave und Freier, nicht Mann und Frau; denn alle seid ihr einer in Christus Jesus“ (Gal 3, 28 griech.; vgl. Kol 3, 11).

Si igitur in Ecclesia non omnes eadem via incedunt, omnes tamen ad sanctitatem vocantur et coaequalem sortiti sunt fidem in iustitia Dei (cf. 2 Petr. 1, 1). Etsi quidam ex voluntate Christi ut doctores, mysteriorum dispensatores et pastores pro aliis constituuntur, vera tamen inter omnes viget aequalitas quoad dignitatem et actionem cunctis fidelibus communem circa aedificationem Corporis Christi. Distinctio enim quam Dominus posuit inter sacros ministros et reliquum Populum Dei, secumfert coniunctionem, cum Pastores et alii fideles inter se communi necessitudine devinciantur; Ecclesiae Pastores, exemplum Domini secuti, sibi invicem aliisque fidelibus ministrent, hi autem alacriter Pastoribus et doctoribus sociam operam praestent. Sic in varietate omnes testimonium perhibent de mirabili unitate in Corpore Christi: ipsa enim diversitas gratiarum, ministracionum et operationum filios Dei in unum colligit, quia «haec omnia operatur unus atque idem Spiritus» (1 Cor. 12, 11).

Laici igitur sicut ex divina dignatione fratrem habent Christum, qui cum sit Dominus omnium, venit tamen non ministrari sed ministrare (cf. Matth. 20, 28), ita etiam fratres habent eos, qui in sacro ministerio positi, auctoritate Christi docendo et sanctificando et regendo familiam Dei ita pascunt, ut mandatum novum caritatis ab omnibus impleatur. Quocirca pulcherrime dicit S. Augustinus: «Ubi me terret quod vobis sum, ibi me consolatur quod vobiscum sum. Vobis enim sum episcopus, vobiscum sum christianus. Illud est nomen officii, hoc gratiae; illud periculi est, hoc salutis.»<sup>112</sup>

33. Laici in Populo Dei congregati et in uno Corpore Christi sub uno capite constituti, quicumque sunt, vocantur, ut tamquam viva membra ad Ecclesiae incrementum eiusque iugem sanctificationem vires suas omnes, beneficio Creatoris et gratia Redemptoris acceptas, conferant.

Apostolatus autem laicorum est participatio ipsius salvificae missionis Ecclesiae, ad quem apostolatum omnes ab ipso Domino per baptismum et confirmationem deputantur. Sacramentis autem, praesertim sacra Eucharistia, communicatur et alitur illa caritas erga Deum et homines, quae anima est totius apostolatus. Laici autem speciatim ad hoc vocantur, ut praesentem et actuosam reddant Ecclesiam in eis locis et rerum adiunctis, ubi ipsa non nisi

Wenn also in der Kirche nicht alle denselben Weg gehen, so sind doch alle zur Heiligkeit berufen und haben den gleichen Glauben erlangt in Gottes Gerechtigkeit (vgl. 2 Petr 1, 1). Wenn auch einige nach Gottes Willen als Lehrer, Ausspender der Geheimnisse Gottes und Hirten für die anderen bestellt sind, so waltet doch unter allen eine wahre Gleichheit in der allen Gläubigen gemeinsamen Würde und Tätigkeit zum Aufbau des Leibes Christi. Der Unterschied, den der Herr zwischen den geweihten Amtsträgern und dem übrigen Gottesvolk gesetzt hat, schließt eine Verbundenheit ein, da ja die Hirten und die anderen Gläubigen in enger Beziehung miteinander verbunden sind. Die Hirten der Kirche sollen nach dem Beispiel des Herrn einander und den übrigen Gläubigen dienen, diese aber sollen voll Eifer mit den Hirten und Lehrern eng zusammenarbeiten. So geben alle in der Verschiedenheit Zeugnis von der wunderbaren Einheit im Leibe Christi: denn gerade die Vielfalt der Gnadengaben, Dienstleistungen und Tätigkeiten vereint die Kinder Gottes, weil „dies alles der eine und gleiche Geist wirkt“ (1 Kor 12, 11).

Wie die Laien aus Gottes Herablassung Christus zum Bruder haben, der, obwohl aller Herr, doch gekommen ist, nicht um sich bedienen zu lassen, sondern um zu dienen (vgl. Mt 20, 28), so haben sie auch die geweihten Amtsträger zu Brüdern, die in Christi Vollmacht die Familie Gottes durch Lehre, Heiligung und Leitung so betreuen, daß das neue Gebot der Liebe von allen erfüllt wird. Daher sagt der heilige Augustinus sehr schön: „Wo mich erschreckt, was ich für euch bin, da tröstet mich, was ich mit euch bin. Für euch bin ich Bischof, mit euch bin ich Christ. Jenes bezeichnet das Amt, dieses die Gnade, jenes die Gefahr, dieses das Heil.“<sup>112</sup>

33. Die im Volk Gottes versammelten und dem einen Leibe Christi unter dem einen Haupt eingefügten Laien sind, wer auch immer sie sein mögen, berufen, als lebendige Glieder alle ihre Kräfte, die sie durch das Geschenk des Schöpfers und die Gnade des Erlösers empfangen haben, zum Wachstum und zur ständigen Heiligung der Kirche beizutragen.

Das Apostolat der Laien ist Teilnahme an der Heilssendung der Kirche selbst. Zu diesem Apostolat werden alle vom Herrn selbst durch Taufe und Firmung bestellt. Durch die Sakramente, vor allem durch die heilige Eucharistie, wird jene Liebe zu Gott und den Menschen mitgeteilt und genährt, die die Seele des ganzen Apostolates ist. Die Laien sind besonders dazu berufen, die Kirche an jenen Stellen und in den Verhältnissen anwesend und

<sup>112</sup> S. Augustinus, Serm. 340, 1: PL 38, 1483.

<sup>112</sup> Augustinus, Serm. 340, 1: PL 38, 1483.

per eos sal terrae evadere potest<sup>113</sup>. Sic omnis laicus, ex ipsis donis sibi collatis, testis simul et vivum instrumentum missionis ipsius Ecclesiae existit «secundum mensuram donationis Christi» (Eph. 4, 7).

Praeter hunc apostolatam, qui ad omnes omnino christifideles spectat, laici insuper diversis modis ad cooperationem magis immediatam cum apostolatu Hierarchiae vocari possunt<sup>114</sup>, ad modum illorum virorum ac mulierum, qui Paulum apostolum in Evangelio adiuvabant, multum in Domino laborantes (cf. Phil. 4, 3; Rom. 16, 3 ss.). Praeterea aptitudine gaudent, ut ad quaedam munera ecclesiastica, ad finem spiritualem exercenda, ab Hierarchia adsumantur.

Omnibus igitur laicis onus praeclarum incumbit adlaborandi, ut divinum salutis propositum ad universos homines omnium temporum et ubique terrarum magis magisque pertingat. Via proinde eisdem undequaque pateat, ut pro suis viribus temporumque necessitatibus opus salutare Ecclesiae naviter et ipsi participent.

34. Supremus et aeternus Sacerdos Christus Iesus, cum etiam per laicos suum testimonium suumque servitium continuare velit, eos suo Spiritu vivificat indesinenterque impellit ad omne opus bonum et perfectum.

Illis enim, quos vitae et missioni suae intime coniungit, etiam sui muneris sacerdotalis partem tribuit ad cultum spiritualem exercendum, ut glorificetur Deus et salventur homines. Qua de causa laici, utpote Christo dicati et Spiritu Sancto uncti, mirabiliter vocantur et instruuntur, ut uberiores semper fructus Spiritus in ipsis producantur. Omnia enim eorum opera, preces et incepta apostolica, conversatio coniugalis et familiaris, labor quotidianus, animi corporisque relaxatio, si in Spiritu peragantur, imo molestiae vitae si patienter sustineantur, fiunt spirituales hostiae, acceptabiles Deo per Iesum Christum (cf. 1 Petr. 2, 5), quae in Eucharistiae celebratione, cum dominici Corporis oblatione, Patri piissime offeruntur. Sic et laici, qua adoratores ubique sancte agentes, ipsum mundum Deo consecrant.

wirksam zu machen, wo die Kirche nur durch sie das Salz der Erde werden kann<sup>113</sup>. So ist jeder Laie kraft der ihm geschenkten Gaben zugleich Zeuge und lebendiges Werkzeug der Sendung der Kirche selbst „nach dem Maß der Gabe Christi“ (Eph 4,7).

Außer diesem Apostolat, das schlechthin alle Christgläubigen angeht, können die Laien darüber hinaus in verschiedener Weise zu mehr unmittelbarer Mitarbeit mit dem Apostolat der Hierarchie berufen werden<sup>114</sup>, nach Art jener Männer und Frauen, die den Apostel Paulus in der Verkündigung des Evangeliums unterstützten und sich sehr im Herrn mühten (vgl. Phil 4, 3; Röm 16, 3 ff). Außerdem haben sie die Befähigung dazu, von der Hierarchie zu gewissen kirchlichen Ämtern herangezogen zu werden, die geistlichen Zielen dienen.

So obliegt allen Laien die erhabene Last, dafür zu wirken, daß der göttliche Heilsratschluß mehr und mehr alle Menschen aller Zeiten und überall auf der Erde erreiche. Es soll daher auch ihnen in jeder Hinsicht der Weg offenstehen, nach ihren Kräften und entsprechend den Zeitbedürfnissen am Heilswirken der Kirche voll Eifer teilzunehmen.

34. Da der höchste und ewige Priester Christus Jesus auch durch die Laien sein Zeugnis und seinen Dienst fortsetzen will, macht er sie durch seinen Geist lebendig und treibt sie unaufhörlich an zu jedem guten und vollkommenen Werk.

Denen nämlich, die er mit seinem Leben und seiner Sendung innigst verbindet, gibt er auch Anteil an seinem Priesteramt zur Ausübung eines geistlichen Kultes zur Verherrlichung Gottes und zum Heil der Menschen. Deshalb sind die Laien Christus überantwortet und mit dem Heiligen Geist gesalbt und dadurch wunderbar dazu berufen und ausgerüstet, daß immer reichere Früchte des Geistes in ihnen hervorgebracht werden. Es sind nämlich alle ihre Werke, Gebete und apostolische Unternehmungen, ihr Ehe- und Familienleben, die tägliche Arbeit, die geistige und körperliche Erholung, wenn sie im Geist getan werden, aber auch die Lasten des Lebens, wenn sie geduldig ertragen werden, „geistige Opfer, wohlgefällig vor Gott durch Jesus Christus“ (1 Petr 2, 5). In der Feier der Eucharistie werden sie mit der Darbringung des Herrenleibes dem Vater voll Frömmigkeit dargebracht. So heiligen die Laien, indem sie allenthalben den Dienst der Anbetung heilig vollziehen, die Welt für Gott.

<sup>113</sup> Cf. Pius XI, Litt. Encycl. Quadragesimo anno, 15 maii 1931: AAS 23 (1931) p. 221 s. Pius XII, Alloc. De quelle consolation, 14 oct. 1951: AAS 43 (1951) p. 790 s.

<sup>114</sup> Cf. Pius XII, Alloc. Six ans se sont écoulés, 5 oct. 1957: AAS 49 (1957) p. 927.

<sup>113</sup> Vgl. Pius XI, Enz. Quadragesimo anno, 15. Mai 1931: AAS 23 (1931) 221 f. Pius XII, Anspr. De quelle consolation, 14. Okt. 1951: AAS 43 (1951) 790 f.

<sup>114</sup> Vgl. Pius XII, Anspr. Six ans se sont écoulés, 5. Okt. 1957: AAS 49 (1957) 927.

35. Christus, Propheta magnus, qui et testimonio vitae et verbi virtute Regnum proclamavit Patris, usque ad plenam manifestationem gloriae suum munus propheticum adimplet, non solum per Hierarchiam quae nomine et potestate Eius docet, sed etiam per laicos, quos ideo et testes constituit et sensu fidei et gratia verbi instruit (cf. Act. 2, 17—18; Apoc. 19, 10), ut virtus Evangelii in vita quotidiana, familiari et sociali eluceat. Ipsi se praebent ut filios repromissionis, si fortes in fide et spe praesens momentum redimunt (cf. Eph. 5, 16; Col. 4, 5) et futuram gloriam per patientiam expectant (cf. Rom. 8, 25). Hanc autem spem non in animi interioritate abscondant, sed conversione continua et colluctatione «adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae» (Eph. 6, 12) etiam per vitae saecularis structuras exprimant.

Sicut sacramenta Novae Legis, quibus vita et apostolatus fidelium alitur, caelum novum et terram novam (cf. Apoc. 21, 1) praefigurant, ita laici evadunt validi praecones fidei sperandarum rerum (cf. Hebr. 11, 1), si cum vita ex fide professionem fidei inhaesitanter coniungunt. Haec evangelizatio, nuntium Christi scilicet et testimonio vitae et verbo prolatum, notam quamdam specificam et peculiarem efficacitatem acquirit ex hoc, quod in communibus condicionibus saeculi completur.

Quo in munere magni pretii apparet ille status vitae, qui speciali sacramento sanctificatur, scilicet vita matrimonialis et familiaris. Ibi exercitium et schola praeclara apostolatus laicorum habetur, ubi religio christiana totam vitae institutionem pervadit et in dies magis transformatur. Ibi coniuges propriam habent vocationem, ut sibi invicem et filiis sint testes fidei et amoris Christi. Familia christiana tum praesentes virtutes Regni Dei tum spem vitae beatae alta voce proclamat. Ita exemplo et testimonio suo arguit mundum de peccato et eos qui veritatem quaerunt illuminat.

Proinde laici, etiam quando curis temporalibus occupantur, pretiosam actionem ad evangelizandum mundum exercere possunt et debent. Quodsi quidam eorum, deficientibus sacris ministris, vel iisdem in regimine persecutionis impeditis, quaedam

35. Christus, der große Prophet, der durch das Zeugnis seines Lebens und in Kraft seines Wortes das Reich des Vaters proklamiert hat, erfüllt bis zur vollen Offenbarung der Herrlichkeit sein prophetisches Amt nicht nur durch die Hierarchie, die in seinem Namen und in seiner Vollmacht lehrt, sondern auch durch die Laien. Sie bestellt er deshalb zu Zeugen und rüstet sie mit dem Glaubenssinn und der Gnade des Wortes aus (vgl. Apg 2, 17—18; Apk 19, 10), damit die Kraft des Evangeliums im alltäglichen Familien- und Gesellschaftsleben aufleuchte. Sie zeigen sich als Söhne der Verheißung, wenn sie stark in Glauben und Hoffnung den gegenwärtigen Augenblick auskaufen (vgl. Eph 5, 16; Kol 4, 5) und die künftige Herrlichkeit in Geduld erwarten (vgl. Röm 8, 25). Diese Hoffnung sollen sie aber nicht im Innern der Seele verbergen, sondern in ständiger Bekehrung und im Kampf „gegen die Weltherrscher dieser Finsternis, gegen die Geister des Bösen“ (Eph 6, 12) auch durch die Strukturen des Weltlebens ausdrücken.

Wie die Sakramente des Neuen Bundes, durch die das Leben und Apostolat der Gläubigen genährt wird, einen neuen Himmel und eine neue Erde (vgl. Apk 21, 1) vorbilden, so werden die Laien gültige Verkünder des Glaubens an die zu erhoffenden Dinge (vgl. Hebr 11, 1), wenn sie mit dem Leben aus dem Glauben ohne Zögern das Bekenntnis des Glaubens verbinden. Diese Evangelisation, das heißt die Verkündigung der Botschaft Christi durch das Zeugnis des Lebens und das Wort, bekommt eine eigene Note und besondere Wirksamkeit von daher, daß sie in den gewöhnlichen Verhältnissen der Welt erfüllt wird.

In dieser Aufgabe erscheint als besonders wertvoll jener Lebensstand, der durch ein besonderes Sakrament geheiligt wird, das Ehe- und Familienleben. Dort gibt es eine hervorragende Übung und Schule des Laienapostolates, wo die christliche Religion die ganze Einrichtung des Lebens durchdringt und von Tag zu Tag mehr umbildet. Dort haben die Eheleute ihre eigene Berufung, sich gegenseitig und den Kindern den Glauben und die Liebe Christi zu bezeugen. Die christliche Familie verkündet mit lauter Stimme die gegenwärtige Wirkkraft des Gottesreiches, besonders aber auch die Hoffnung auf das selige Leben. So überführt sie durch Beispiel und Zeugnis die Welt der Sünde und erleuchtet jene, die die Wahrheit suchen.

Daher können und müssen die Laien, wenn auch den zeitlichen Sorgen verpflichtet, eine wertvolle Wirksamkeit zur Evangelisation der Welt ausüben. Wenn nun einige von ihnen beim Mangel an geweihten Amtsträgern oder bei deren Verhinderung



officia sacra pro facultate suppleant; et si plures quidem ex eis totas vires suas in opere apostolico impendunt: universos tamen oportet ad dilatationem et incrementum Regni Christi in mundo cooperari. Quapropter laici sollerter in profundiorum cognitionem veritatis revelatae incumbant, et instanter a Deo sapientiae donum impetrent.

36. Christus, factus oboediens usque ad mortem et propter hoc a Patre exaltatus (cf. Phil. 2, 8—9), in gloriam regni sui intravit. Cui omnia subiciuntur, donec Ipse se cunctaque creata Patri subiciat, ut sit Deus omnia in omnibus (cf. 1 Cor. 15, 27—28). Quam potestatem discipulis communicavit, ut et illi in regali libertate constituentur et sui abnegatione vitae sanctae regnum peccati in seipsis devincant (cf. Rom. 6, 12), immo ut Christo etiam in aliis servientes, fratres suos ad Regem, cui servire regnare est, humilitate et patientia perducant. Dominus enim regnum suum etiam per laicos fideles dilatare cupit, regnum scilicet veritatis et vitae, regnum sanctitatis et gratiae, regnum iustitiae, amoris et pacis<sup>115</sup>; in quo regno ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei (cf. Rom. 8, 21). Magna sane promissio, magnumque mandatum discipulis datur: «Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei» (1 Cor. 3, 23).

Fideles igitur totius creaturae intimam naturam, valorem et ordinationem in laudem Dei agnoscere, et per opera etiam saecularia se invicem ad sanctiorem vitam adiuvere debent, ita ut mundus spiritu Christi imbuatur atque in iustitia, caritate et pace finem suum efficacius attingat. In quo officio universaliter adimplendo laici praecipuum locum obtinent. Sua igitur in profanis disciplinis competentia suaque activitate, gratia Christi intrinsecus elevata, valide conferant operam, ut bona creata secundum Creatoris ordinationem Eiusque Verbi illuminationem humano labore, arte technica, civili cultura ad utilitatem omnium prorsus hominum excolantur, aptiusque inter illos distribuantur, et suo modo ad universalem progressum in humana et christiana libertate conducant. Ita Christus per Ecclesiae membra totam societatem humanam suo salutari lumine magis magisque illuminabit.

unter einem Verfolgungsregime nach Möglichkeit die heiligen Dienste ersetzen und viele von ihnen ihre ganzen Kräfte dem apostolischen Werk widmen, so müssen doch alle zur Ausweitung und zum Wachstum des Reiches Christi in der Welt mitarbeiten. Deshalb sollen die Laien sich um eine tiefere Kenntnis der geoffenbarten Wahrheit bemühen und inständig von Gott die Gabe der Weisheit erbitten.

36. Christus ist gehorsam geworden bis zum Tod. Deshalb wurde er vom Vater erhöht (vgl. Phil 2, 8—9) und ging in die Herrlichkeit seines Reiches ein. Ihm ist alles unterworfen, bis er selbst sich und alles Geschaffene dem Vater unterwirft, damit Gott alles in allem sei (vgl. 1 Kor 15, 27—28). Diese Gewalt teilte er seinen Jüngern mit, damit auch sie in königlicher Freiheit stehen und durch Selbstverleugnung und ein heiliges Leben das Reich der Sünde in sich selbst besiegen (vgl. Röm 6, 12), aber auch Christus in den anderen dienen und ihre Brüder in Demut und Geduld zum König hinführen, dem zu dienen herrschen bedeutet. Der Herr will ja sein Reich auch durch die gläubigen Laien ausbreiten, das Reich der Wahrheit und des Lebens, das Reich der Heiligkeit und der Gnade, das Reich der Gerechtigkeit, der Liebe und des Friedens<sup>115</sup>. In diesem Reich wird auch die Schöpfung von der Knechtschaft der Vergänglichkeit befreit werden zur Freiheit der Herrlichkeit der Kinder Gottes (vgl. Röm 8, 21). Eine wahrlich große Verheißung und ein großer Auftrag ist den Jüngern gegeben: „Alles ist euer, ihr aber seid Christi, Christus aber ist Gottes“ (1 Kor 3, 23).

Die Gläubigen müssen also die innerste Natur der ganzen Schöpfung, ihren Wert und ihre Hinordnung auf das Lob Gottes anerkennen. Sie müssen auch durch das weltliche Wirken sich gegenseitig zu einem heiligeren Leben verhelfen. So soll die Welt vom Geist Christi erfüllt werden und in Gerechtigkeit, Liebe und Frieden ihr Ziel wirksamer erreichen. In der Erfüllung dieser allgemeinen Pflicht haben die Laien einen besonderen Platz. Sie sollen also durch ihre Zuständigkeit in den profanen Disziplinen und durch ihre innerlich von der Gnade Christi erhöhte Tätigkeit einen gültigen Beitrag leisten, daß die geschaffenen Güter gemäß der Ordnung des Schöpfers und im Lichte seines Wortes durch menschliche Arbeit, Technik, Zivilisation und Kultur zum Nutzen wirklich aller Menschen entwickelt und besser unter ihnen verteilt werden und auf ihre Weise zum allgemeinen Fortschritt in der menschlichen und christlichen Freiheit dienen. So wird Christus durch die Glieder der Kirche die ganze

<sup>115</sup> Ex Praefatione festi Christi Regis.

<sup>115</sup> Aus der Präfation des Christ-Königs-Festes.

Laici praeterea, collatis quoque viribus, instituta et condiciones mundi, si qua mores ad peccatum incitant, ita sanent, ut haec omnia ad iustitiae normas conformentur et virtutum exercitio potius faveant quam obsint. Ita agendo culturam operaque humana valore morali imbuent. Hoc modo simul ager mundi melius pro semine verbi divini paratur, et Ecclesiae latius patent portae, quibus praeconium pacis in mundum introeat.

Propter ipsam oeconomiam salutis, fideles discant sedulo distinguere inter iura et officia quae eis incumbunt, quatenus Ecclesiae aggregantur, et ea quae eis competunt, ut sunt humanae societatis membra. Utraque inter se harmonice consociare satagent, memores se, in quavis re temporali, christiana conscientia duci debere, cum nulla humana activitas, ne in rebus temporalibus quidem, Dei imperio subtrahi possit. Nostro autem tempore maxime oportet ut distinctio haec simul et harmonia quam clarissime in modo agendi fidelium elucescant, ut missio Ecclesiae particularibus mundi hodierni condicionibus plenius respondere valeat. Sicut enim agnoscendum est terrenam civitatem, saecularibus curis iure addictam propriis regi principiis, ita infausta doctrina, quae societatem, nulla habita religionis ratione, exstruere contendit et libertatem religiosam civium impugnat et eruit, merito reicitur<sup>116</sup>.

37. Laici, sicut omnes christifideles, ius habent ex spiritualibus Ecclesiae bonis, verbi Dei praesertim et sacramentorum adiumenta a sacris Pastoribus abundanter accipiendi<sup>117</sup>, hisque necessitates et optata sua ea libertate et fiducia, quae filios Dei et fratres in Christo decet, patefaciant. Pro scientia, competentia et praestantia quibus pollent, facultatem, immo aliquando et officium habent suam sententiam de iis quae bonum Ecclesiae respiciunt declarandi<sup>118</sup>. Hoc fiat, si casus ferat, per instituta

<sup>116</sup> Cf. Leo XIII, Epist. *Immortale Dei*, 1 nov. 1885: AAS 18 (1885) p. 166 ss. Idem, *Litt. Encycl. Sapientiae christianae*, 10 ian. 1890: ASS 22 (1889—90) p. 397 ss. Pius XII, *Alloc. Alla vostra filiale*, 23 mart. 1958: AAS 50 (1958) p. 220: «la legittima sana laicità dello Stato».

<sup>117</sup> *Cod. Iur. Can.*, c. 682.

<sup>118</sup> Cf. Pius XII, *Alloc. De quelle consolation*, l. c., p. 789: «Dans les batailles décisives, c'est parfois du front que

menschliche Gesellschaft mehr und mehr mit seinem heilsamen Licht erleuchten.

Außerdem sollen die Laien, auch in Zusammenarbeit, die Einrichtungen und Verhältnisse der Welt, da wo Gewohnheiten zur Sünde aufreizen, so zu heilen suchen, daß dies alles nach der Norm der Gerechtigkeit umgestaltet wird und der Ausübung der Tugenden eher förderlich als schädlich ist. Auf diese Weise erfüllen sie die Kultur und die menschlichen Leistungen mit sittlichem Wert. Gleichzeitig wird dadurch das Ackerfeld der Welt besser für den Samen des Gotteswortes bereitet, und es öffnen sich der Kirche weiter die Tore für die Verkündigung des Friedens in der Welt.

Um der Heilsökonomie selbst willen sollen die Gläubigen genau zu unterscheiden lernen zwischen den Rechten und Pflichten, die sie haben, insofern sie zur Kirche gehören, und denen, die sie als Glieder der menschlichen Gesellschaft haben. Beide sollen sie harmonisch miteinander zu verbinden suchen und daran denken, daß sie sich auch in jeder zeitlichen Angelegenheit vom christlichen Gewissen führen lassen müssen; keine menschliche Tätigkeit, auch in weltlichen Dingen nicht, läßt sich ja der Herrschaft Gottes entziehen. Heutzutage ist es aber besonders wichtig, daß diese Unterscheidung und Harmonie zugleich möglichst klar im Handeln der Gläubigen aufleuchte, damit die Sendung der Kirche den unterschiedlichen Verhältnissen der heutigen Welt voller entsprechen kann. Man muß gewiß anerkennen, daß die irdische Gesellschaft mit Recht den weltlichen Sorgen zugeordnet ist und darin von eigenen Prinzipien geleitet wird. Ebenso aber wird mit Recht jene unselige Lehre verworfen, die eine Gesellschaft ohne Rücksicht auf die Religion zu errichten sucht und die Religionsfreiheit der Bürger bekämpft und austilgt<sup>116</sup>.

37. Die Laien haben wie alle Christgläubigen das Recht, aus den geistlichen Gütern der Kirche, vor allem die Hilfe des Wortes Gottes und der Sakramente, von den geweihten Hirten reichlich zu empfangen<sup>117</sup>. Und ihnen sollen sie ihre Bedürfnisse und Wünsche mit der Freiheit und dem Vertrauen, wie es den Kindern Gottes und den Brüdern in Christus ansteht, eröffnen. Entsprechend dem Wissen, der Zuständigkeit und hervorragenden Stellung, die sie einnehmen, haben sie die Möglichkeit, bisweilen auch die Pflicht, ihre Meinung in dem, was das Wohl

<sup>116</sup> Vgl. Leo XIII, *Enz. Immortale Dei*, 1. Nov. 1885: ASS 18 (1885) 166 ff. Ders., *Enz. Sapientiae christianae*, 10. Januar 1890: ASS 22 (1889—90) 397 ff. Pius XII, *Anspr. Alla vostra filiale*, 23. März 1958: AAS 50 (1958) 220: „la legittima sana laicità dello Stato“.

<sup>117</sup> *CIC*, c. 682.

ad hoc ab Ecclesia stabilita, et semper in veracitate, fortitudine et prudentia, cum reverentia et caritate erga illos, qui ratione sacri sui muneris personam Christi gerunt.

Laici, sicut omnes christifideles, illa quae sacri Pastores, utpote Christum repraesentantes, tamquam magistri et rectores in Ecclesia statuunt, christiana oboedientia prompte amplectantur, Christi exemplum secuti, qui, sua oboedientia usque ad mortem, beatam libertatis filiorum Dei viam omnibus hominibus aperuit. Neque omittant precibus suis Praepositos suos Deo commendare, quippe qui pervigilant quasi rationem pro animabus nostris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant et non gementes (cf. Hebr. 13, 17).

Sacri vero Pastores laicorum dignitatem et responsabilitatem in Ecclesia agnoscant et promoveant; libenter eorum prudenti consilio utantur, cum confidentia eis in servitium Ecclesiae officia committant et eis agendi libertatem et spatium relinquunt, immo animum eis addant, ut etiam sua sponte opera aggrediantur. Paterno cum amore coepta, vota et desideria a laicis proposita attente in Christo considerent<sup>118</sup>. Iustam autem libertatem, quae omnibus in civitate terrestri competit, Pastores observanter agnoscent.

Ex hoc familiari commercio inter laicos et Pastores permulta bona Ecclesiae expectanda sunt: ita enim in laicis roboratur propriae responsabilitatis sensus, fovetur alacritas, et facilius laicorum vires Pastorum operi associantur. Hi vero, laicorum experientia adiuti, tam in rebus spiritualibus quam in temporalibus, distinctius et aptius iudicare valent, ita ut tota Ecclesia, ab omnibus membris suis roborata, suam pro mundi vita missionem efficacius compleat.

38. Unusquisque laicus debet esse coram saeculo testis resurrectionis et vitae Domini Iesu atque signum Dei vivi. Omnes insimul et unusquisque pro sua parte mundum fructibus spiritualibus alere debent (cf. Gal. 5, 22), in eumque spiritum diffundere, quo animantur illi pauperes, mites et pacifici, quos Dominus in Evangelio beatos proclamavit (cf.

der Kirche angeht, zu erklären<sup>118</sup>. Gegebenenfalls soll das durch die dazu von der Kirche festgesetzten Einrichtungen geschehen, immer in Wahrhaftigkeit, Mut und Klugheit, mit Ehrfurcht und Liebe gegenüber denen, die aufgrund ihres geweihten Amtes die Stelle Christi vertreten.

Die Laien sollen wie alle Gläubigen das, was die geweihten Hirten in Stellvertretung Christi als Lehrer und Leiter in der Kirche festsetzen, in christlichem Gehorsam bereitwillig aufnehmen nach dem Beispiel Christi, der durch seinen Gehorsam bis zum Tode den seligen Weg der Freiheit der Kinder Gottes für alle Menschen eröffnet hat. Sie sollen auch nicht unterlassen, ihre Vorgesetzten Gott zu empfehlen, die ja wachen, um Rechenschaft für unsere Seelen zu geben, damit sie das mit Freuden tun können und nicht mit Seufzen (vgl. Hebr 13, 17).

Die geweihten Hirten aber sollen die Würde und Verantwortung der Laien in der Kirche anerkennen und fördern. Sie sollen gern deren klugen Rat benutzen, ihnen vertrauensvoll Aufgaben im Dienst der Kirche übertragen und ihnen Freiheit und Raum im Handeln lassen, ihnen auch Mut machen, aus eigener Initiative Werke in Angriff zu nehmen. Mit väterlicher Liebe sollen sie Unternehmungen, Wünsche und Verlangen, die die Laien vorlegen, aufmerksam in Christus in Erwägung ziehen<sup>119</sup>. Die gerechte Freiheit, die allen im irdischen bürgerlichen Bereich zusteht, sollen die Hirten sorgfältig anerkennen.

Aus diesem vertrauten Umgang zwischen Laien und Hirten kann man viel Gutes für die Kirche erwarten. In den Laien wird so der Sinn für eigene Verantwortung gestärkt, die Bereitwilligkeit gefördert. Die Kraft der Laien verbindet sich leichter mit dem Werk der Hirten. Sie können mit Hilfe der Erfahrung der Laien in geistlichen wie in weltlichen Dingen genauer und besser urteilen. So mag die ganze Kirche, durch alle ihre Glieder gestärkt, ihre Sendung für das Leben der Welt wirksamer erfüllen.

38. Jeder Laie muß vor der Welt Zeuge der Auferstehung und des Lebens Jesu, unseres Herrn, und ein Zeichen des lebendigen Gottes sein. Alle zusammen und jeder Einzelne zu seinem Teil müssen die Welt mit den Früchten des Geistes nähren (vgl. Gal 5, 22), in sie hinein den Geist ausgießen, der jene Armen, Sanften und Friedfertigen beseelt,

partent les plus heureuses initiatives...». Idem, Alloc. L'importance de la presse catholique, 17 febr. 1950: AAS 42 (1950) p. 256.

<sup>118</sup> Cf. 1 Thess. 5, 19 et 1 Jo. 4, 1.

<sup>118</sup> Vgl. Pius XII, Anspr. De quelle consolation, a. a. O. 789: „Dans les batailles décisives, c'est parfois du front que partent les plus heureuses initiatives...“ Ders., Anspr. L'importance de la presse catholique, 17. Febr. 1950: AAS 42 (1950) 256.

<sup>119</sup> Vgl. 1 Thess 5, 19 und 1 Jo 4, 1.

Math. 5, 3—9). Uno verbo, «quod anima est in corpore, hoc sint in mundo christiani»<sup>120</sup>.

#### CAPUT V

### De universali vocatione ad sanctitatem in Ecclesia

39. Ecclesia, cuius mysterium a Sacra Synodo proponitur, indefectibiliter sancta creditur. Christus enim, Dei Filius, qui cum Patre et Spiritu «solus Sanctus» celebratur<sup>121</sup>, Ecclesiam tamquam sponsam suam dilexit, Seipsum tradens pro ea, ut illam sanctificaret (cf. Eph. 5, 25—26), eamque Sibi ut corpus suum coniunxit atque Spiritus Sancti dono cumulavit, ad gloriam Dei. Ideo in Ecclesia omnes, sive ad Hierarchiam pertinent sive ab ea pascuntur, ad sanctitatem vocantur, iuxta illud Apostoli: «Haec est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra» (1 Thess. 4, 3; cf. Eph. 1, 4). Haec autem Ecclesiae sanctitas in gratiae fructibus quos Spiritus in fidelibus producit, incessanter manifestatur et manifestari debet; multiformiter exprimitur apud singulos, qui in suo vitae ordine ad perfectionem caritatis, aedificantes alios, tendunt; proprio quodam modo apparet in praxi consiliorum, quae evangelica appellari consueverunt. Quae consiliorum praxis, Spiritu Sancto impellente, a multis christianis assumpta, sive privatim sive in conditione vel statu in Ecclesia sancitis, praeclarum in mundo fert, et ferre oportet, eiusdem sanctitatis testimonium et exemplum.

40. Omnis perfectionis divinus Magister et Exemplar, Dominus Iesus, sanctitatem vitae, cuius Ipse et auctor et consummator exstat, omnibus et singulis discipulis suis cuiuscumque conditionis praedicavit: «Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est» (Math. 5, 48)<sup>122</sup>. In omnes enim Spiritum Sanctum misit qui eos intus moveat, ut Deum diligant ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente et ex tota virtute sua (cf. Marc. 12, 30), et ut invicem se diligant sicut Christus eos dilexit (cf. Io. 13, 34; 15, 12). Christi asse-

die der Herr im Evangelium seligpries (vgl. Mt 5, 3—9). Mit einem Wort: „Was die Seele im Leibe ist, das sollen in der Welt die Christen sein“<sup>120</sup>.

#### FÜNFTES KAPITEL

### Die allgemeine Berufung zur Heiligkeit in der Kirche

39. Es ist Gegenstand des Glaubens, daß die Kirche, deren Geheimnis die Heilige Synode vorlegt, unverlierbar heilig ist. Denn Christus, der Sohn Gottes, der mit dem Vater und dem Geist als „allein Heiliger“ gefeiert wird<sup>121</sup>, hat die Kirche als seine Braut geliebt und sich für sie hingegeben, um sie zu heiligen (vgl. Eph 5, 25—26), er hat sie als seinen Leib mit sich verbunden und mit der Gabe des Heiligen Geistes reich beschenkt zur Ehre Gottes. Daher sind in der Kirche alle, mögen sie zur Hierarchie gehören oder von ihr geleitet werden, zur Heiligkeit berufen gemäß dem Apostelwort: „Das ist der Wille Gottes, eure Heiligung“ (1 Thess 4, 3; vgl. Eph 1, 4). Diese Heiligkeit der Kirche tut sich aber in den Gnadenfrüchten, die der Heilige Geist in den Gläubigen hervorbringt, unaufhörlich kund und muß das tun. Sie drückt sich vielgestaltig in den einzelnen aus, die in ihrer Lebensordnung zur vollkommenen Liebe streben und die anderen erbauen. In eigener Weise erscheint sie in der Praxis der sogenannten evangelischen Räte. Diese von vielen Christen auf Antrieb des Heiligen Geistes privat oder in einer von der Kirche anerkannten Lebensform, einem Stand, übernommene Praxis der Räte gibt in der Welt ein hervorragendes Zeugnis und Beispiel dieser Heiligkeit und muß es geben.

40. Jesus der Herr, göttlicher Lehrer und Beispiel jeder Vollkommenheit, hat die Heiligkeit des Lebens, deren Urheber und Vollender er selbst ist, allen und jedem einzelnen seiner Jünger jeden Standes gepredigt: „Seid also vollkommen, wie auch euer Vater im Himmel vollkommen ist“ (Mt 5, 48)<sup>122</sup>. Allen hat er den Heiligen Geist gesandt, daß er sie innerlich bewege, Gott aus ganzem Herzen, aus ganzer Seele, aus ganzem Gemüt und aus ganzer Kraft zu lieben (vgl. Mk 12, 30), und einander zu lieben, wie Christus sie geliebt hat (vgl.

<sup>120</sup> Epist. ad Diognetum, 6: ed. Funk, I, p. 400. Cf. S. Io. Chrysostomus, In Matth. Hom. 46 (47), 2: PG 58, 478, de fermento in massa.

<sup>121</sup> Missale Romanum, Gloria in excelsis. Cf. Lc. 1, 35; Mc. 1, 24; Lc. 4, 34; Io. 6, 69 (ho hagios tou Theou); Act. 3, 14; 4, 27 et 30; Hebr. 7, 26; 1 Io. 2, 20; Apoc. 3, 7.

<sup>122</sup> Cf. Origenes, Comm. Rom. 7, 7: PG 14, 1122 B. Ps.-Marius, De Oratione, 11: PG 34, 861 AB. S. Thomas, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 3.

<sup>120</sup> Brief an Diognet, 6: ed. Funk I, 400. Vgl. Johannes Chrysostomus, In Mt. Hom. 46 (47), 2: PG 58, 478, über den Sauerteig in der Masse.

<sup>121</sup> Römisches Meßbuch, Gloria in excelsis Deo. Vgl. Lk 1, 35; Mk 1, 24; Lk 4, 34; Jo 6, 69 (ho hagios tou Theou); Apg 3, 14; 4, 27 u. 30; Hebr. 7, 26; 1 Jo 2, 20; Apk 3, 7.

<sup>122</sup> Vgl. Origenes, Comm. Rom. 7, 7: PG 14, 1122 B. Ps.-Marius, De Oratione, 11: PG 34, 861 AB. Thomas v. Aquin, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 3.

clae a Deo non secundum opera sua, sed secundum propositum et gratiam Eius vocati atque in Iesu Domino iustificati, in fidei baptismo vere filii Dei et consortes divinae naturae, ideoque reapse sancti effecti sunt. Eos proinde oportet sanctificationem quam acceperunt, Deo dante, vivendo tenere atque perficere. Ab Apostolo monentur, ut vivant «sicut decet sanctos» (Eph. 5, 3), et induant «sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam» (Col. 3, 12), fructusque Spiritus habeant in sanctificationem (cf. Gal. 5, 22; Rom. 6, 22). Cum vero in multis offendimus omnes (cf. Iac. 3, 2), misericordiae Dei iugiter egemus atque orare quotidie debemus: «Et dimitte nobis debita nostra» (Matth. 6, 12)<sup>123</sup>.

Cunctis proinde perspicuum est, omnes christifideles cuiuscumque status vel ordinis ad vitae christianae plenitudinem et caritatis perfectionem vocari<sup>124</sup>, qua sanctitate, in societate quoque terrena, humanior vivendi modus promovetur. Ad quam perfectionem adipiscendam fideles vires secundum mensuram donationis Christi acceptas adhibeant, ut Eius vestigia sequentes Eiusque imagini conformes effecti, voluntatem Patris in omnibus obsequentes, gloriae Dei et servitio proximi toto animo sese devoteant. Ita sanctitas Populi Dei in abundantes fructus excrescet, sicut in Ecclesiae historia per tot Sanctorum vitam luculenter demonstratur.

41. In variis vitae generibus et officiis una sanctitas excolitur ab omnibus, qui a Spiritu Dei aguntur, atque voci Patris oboedientes Deumque Patrem in spiritu et veritate adorantes, Christum pauperem, humilem et crucem baiulantem sequuntur, ut gloriae Eius mereantur esse consortes. Unusquisque vero secundum propria dona et munera per viam fidei vivae, quae spem excitat et per caritatem operatur, incunctanter incedere debet.

Gregis Christi Pastores imprimis oportet, ut ad imaginem summi et aeterni Sacerdotis, Pastoris et

Jo 13, 34; 15, 12). Die Nachfolger Christi sind von Gott nicht kraft ihrer Werke, sondern aufgrund seines Gnadenbeschlusses berufen und in Jesus dem Herrn gerechtfertigt, in der Taufe des Glaubens wahrhaft Kinder Gottes und der göttlichen Natur teilhaftig und so wirklich heilig geworden. Sie müssen die Heiligkeit, die sie empfangen haben, mit Gottes Gnade im Leben festhalten und vervollkommen. Vom Apostel werden sie gemahnt, zu leben, „wie es Heiligen geziemt“ (Eph. 5, 3), und „als von Gott erwählte Heilige und Geliebte herzliches Erbarmen, Güte, Demut, Milde, Geduld“ anzuziehen (Kol 3, 12), und die Früchte des Geistes zur Heiligung zu erwerben (vgl. Gal 5, 22; Röm 6, 22). In vielem aber fehlen wir alle (vgl. Jak 3, 2) und bedürfen deshalb ständig der Barmherzigkeit Gottes und müssen täglich beten: „Vergib uns unsere Schuld“ (Mt 6, 12)<sup>123</sup>.

Jedem ist also klar, daß alle Christgläubigen jeglichen Standes oder Ranges zur Fülle des christlichen Lebens und zur vollkommenen Liebe berufen sind<sup>124</sup>. Und durch diese Heiligkeit wird auch in der irdischen Gesellschaft eine menschlichere Weise zu leben gefördert. Zur Erreichung dieser Vollkommenheit sollen die Gläubigen die Kräfte, die sie nach dem Maß der Gnadengabe Christi empfangen haben, anwenden, um, seinen Spuren folgend und seinem Bild gleichgestaltet, dem Willen des Vaters in allem folgsam, sich mit ganzem Gemüt der Ehre Gottes und dem Dienst des Nächsten hinzugeben. So wird die Heiligkeit des Gottesvolkes zu überreicher Frucht anwachsen, wie es die Kirchengeschichte durch so viele Heiligenleben lichtvoll zeigt.

41. In den verschiedenen Lebensarten und Aufgaben wird die eine Heiligkeit von allen ausgeprägt, die sich vom Heiligen Geist leiten lassen und der Stimme des Vaters gehorsam Gott den Vater im Geist und in der Wahrheit anbeten und dem armen, demütigen, das Kreuz tragenden Christus folgen, um der Teilnahme an seiner Herrlichkeit würdig zu werden. Jeder aber muß nach seinen eigenen Gaben und Gnaden auf dem Weg eines lebendigen Glaubens, der die Hoffnung weckt und durch Liebe wirksam ist, ohne Zögern vorangehen.

Vor allem die Hirten der Herde Christi müssen nach dem Bild des höchsten und ewigen Hohenquod ita adimpletum, etiam pro eis erit praeclsum

<sup>123</sup> Cf. S. Augustinus, *Retract.* II, 18: PL 32, 637 s. Pius XII, *Litt. Encycl. Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) p. 225.

<sup>124</sup> Cf. Pius XI, *Litt. Encycl. Rerum omnium*, 26 ian. 1923: AAS 15 (1923) p. 50 et pp. 59–60. *Litt. Encycl. Casti Connubii*, 31 dec. 1930: AAS 22 (1930) p. 548. Pius XII, *Const. Apost. Provida Mater*, 2 febr. 1947: AAS 39 (1947) p. 117. *Alloc. Annus sacer*, 8 dec. 1950: AAS 43 (1951) pp. 27–28. *Alloc. Nel darvi*, 1 iul. 1956: AAS 48 (1956) p. 574 s.

<sup>123</sup> Vgl. Augustinus, *Retract.* II, 18: PL 32, 637 f. Pius XII, *Enz. Mystici Corporis*, 29. Juni 1943: AAS 35 (1943) 225.

<sup>124</sup> Vgl. Pius XI, *Enz. Rerum omnium*, 26. Jan. 1923: AAS 15 (1923) 50 u. 59–60. Ders., *Enz. Casti Connubii*, 31. Dez. 1930: AAS 22 (1930) 548. Pius XII, *Apost. Konst. Provida Mater*, 2. Febr. 1947: AAS 39 (1947) 117. Ders., *Anspr. Annus sacer*, 8. Dez. 1950: AAS 43 (1951) 27–28. Ders., *Anspr. Nel darvi*, 1. Juli 1956: AAS 48 (1956) 574 f.

Episcopi animarum nostrarum, sancte et alacriter, humiliter et fortiter exsequantur ministerium suum, sanctificationis medium. Ad plenitudinem sacerdotii electi, sacramentali gratia donantur, ut orando, sacrificando et praedicando, per omnem formam episcopalis curae et servitii, perfectum pastoralis caritatis munus exercent<sup>125</sup>, animam suam pro ovibus ponere ne timeant et forma facti gregis (cf. 1 Petr. 5, 3), Ecclesiam etiam exemplo suo ad maiorem in dies sanctitatem promoveant.

Presbyteri in similitudinem ordinis Episcoporum, quorum spirituales coronas efformant<sup>126</sup>, de eorum munere gratia participantes per Christum, aeternum et unicum Mediatorem, quotidiano officii sui exercitio in Dei proximique amore crescant, communionis sacerdotalis vinculum servant, in omni bono spirituali abundant atque vivum Dei testimonium omnibus praestent<sup>127</sup>, aemuli eorum sacerdotum, qui saeculorum decursu, in humili saepe et abscondito servitio praeclarum sanctitatis specimen reliquerunt. Quorum laus est in Ecclesia Dei. Pro plebe sua et toto Populo Dei ex officio precantes et sacrificium offerentes, agnoscendo quod agunt et imitando quod tractant<sup>128</sup>, nedum apostolicis curis, periculis et aerumnis impediuntur, per ea potius ad altiorem sanctitatem ascendant, ex abundantia contemplationis actionem suam nutriendo et fovendo, in oblectamentum totius Ecclesiae Dei. Omnes presbyteri et speciatim illi qui peculiari suae ordinationis titulo sacerdotes dioecesani vocantur, meminerint quantum ad suam sanctificationem conferant cum suo Episcopo fidelis coniunctio atque generosa cooperatio.

Missionis autem et gratiae supremi Sacerdotis peculiari modo participes sunt inferioris quoque ordinis ministri, imprimis Diaconi, qui mysteriis Christi et Ecclesiae servientes<sup>129</sup>, ab omni vitio puros se custodire atque Deo placere et omne bonum coram hominibus providere debent (cf. 1 Tim. 3, 8—10 et 12—13). Clerici, qui a Domino vocati et in partem Eius sepositi, sub vigilantia Pastorum ad officia

priesters, des Hirten und Bischofs unserer Seelen, heilig und freudig, demütig und kraftvoll ihr Amt ausüben, das auch für sie, wenn sie es so erfüllen, das hervorragende Mittel der Heiligung ist. Sie wurden zur Fülle des Priestertums erwählt und sind mit sakramentaler Gnade beschenkt, damit sie durch Gebet, Opfer und Predigt, durch jede Weise ihres bischöflichen Sorgens und Dienens ein vollkommenes Amt von Hirtenliebe ausüben<sup>125</sup>, auch nicht fürchten, ihr Leben für ihre Schafe einzusetzen und als Vorbild für die Herde (vgl. 1 Petr 5, 3) die Kirche auch durch ihr Beispiel zu täglich größerer Heiligkeit voranzuführen.

Die Priester sollen ähnlich wie der Rang der Bischöfe, um die sie einen geistlichen Kranz bilden<sup>126</sup>, in Teilnahme an deren Amtsgnade durch Christus, den ewigen und einzigen Mittler, in täglicher Ausübung ihres Amtes in der Liebe zu Gott und dem Nächsten wachsen. Sie sollen das Band der priesterlichen Gemeinschaft wahren, an jedem geistlichen Gut Überfluß haben und vor allen ein lebendiges Zeugnis für Gott geben<sup>127</sup>, als eifrige Nachahmer jener Priester, die im Laufe der Jahrhunderte in oft demütigem und verborgenem Dienst ein hervorragendes Beispiel von Heiligkeit hinterließen. Ihr Lob lebt in der Kirche Gottes. Im amtlichen Gebet und Opfer für ihre Gemeinde und das ganze Volk Gottes sollen sie erkennen, was sie tun, und nachahmen, was sie vollziehen<sup>128</sup>. Daran sollen sie sich nicht durch die apostolischen Sorgen, Gefahren und Mühsale hindern lassen, sondern im Gegenteil dadurch zu höherer Heiligkeit emporsteigen, indem sie aus der Fülle der Kontemplation ihre Tätigkeit nähren und fördern zur Freude der ganzen Kirche Gottes. Alle Priester, und vor allem die, die auf ihren besonderen Weihetitel hin Diözesanpriester heißen, sollen bedenken, wie sehr die treue Verbundenheit und großmütige Zusammenarbeit mit ihrem Bischof zu ihrer Heiligkeit beiträgt.

An der Sendung und Gnade des höchsten Priesters haben in besonderer Weise auch die Amtsträger der niederen Ordnung teil, vor allem die Diakone, die den Geheimnissen Christi und der Kirche dienen<sup>129</sup> und sich deshalb von jedem Laster rein bewahren, Gott gefallen und für alles Gute vor den Menschen sorgen müssen (vgl. 1 Tim 3, 8—10 und 12—13). Die Kleriker, die, vom Herrn gerufen

<sup>125</sup> Cf. S. Thomas, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 5 et 6. De perf. vitae spir., c. 18. Origenes, In Is. Hom. 6, 1: PG 13, 239.

<sup>126</sup> Cf. S. Ignatius M., Magn. 13, 1: ed. Funk, I, p. 241.

<sup>127</sup> Cf. S. Pius X, Exhort. Haerent animo, 4 aug. 1908: ASS 41 (1908) p. 560 s. Cod. Iur. Can., c. 124. Pius XI. Litt. Encycl. Ad catholici sacerdotii, 20 dec. 1935: AAS 28 (1936) p. 22 s.

<sup>128</sup> Ordo consecrationis sacerdotalis, in Exhortatione initiali.

<sup>129</sup> Cf. S. Ignatius M., Trall. 2, 3: ed. Funk, I, p. 244.

<sup>125</sup> Vgl. Thomas v. Aquin, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 5 u. 6. Ders., De perf. vitae spir. Kap. 18. Origenes, In Is. Hom. 6, 1: PG 13, 239.

<sup>126</sup> Ignatius v. A., Magn. 13, 1: ed. Funk I, 241.

<sup>127</sup> Vgl. Pius X, Exhort. Haerent animo, 4. Aug. 1908: ASS 41 (1908) 560 f. CIC, can. 124; Pius XI, Enz. Ad catholici sacerdotii, 20. Dez. 1935: AAS 28 (1936) 22 f.

<sup>128</sup> Liturgie der Priesterweihe, in der Eingangsermahnung.

<sup>129</sup> Vgl. Ignatius v. A., Trall. 2, 3: ed. Funk I, 244.

ministrorum se praeparant, mentes et corda sua tam praeclarae electioni conformare tenentur, in oratione assidui, amore ferventes, quaecumque sunt vera, iusta et bonae famae cogitantes, omnia in gloriam et honorem Dei perficientes. Quibus accedunt illi a Deo electi laici, qui, ut plene se dedant apostolicis operibus, ab Episcopo vocantur et in agro Domini cum multo fructu laborant<sup>130</sup>.

Coniuges autem parentesque christiani oportet ut propriam viam sequentes, amore fideli, totius vitae decursu se invicem in gratia sustineant, et prolem amanter a Deo acceptam christianis doctrinis et evangelicis virtutibus imbuant. Ita enim exemplum indefessi et generosi amoris omnibus praebent, fraternitatem caritatis aedificant, et foecunditatis Matris Ecclesiae testes et cooperatores existunt, in signum et participationem illius dilectionis, qua Christus Sponsam suam dilexit Seque pro ea tradidit<sup>131</sup>. Simile exemplum alio modo praebetur a viduis et innuptis, qui ad sanctitatem et operositatem in Ecclesia, et ipsi haud parum conferre possunt. Ii vero, qui laboribus saepe duris incumbunt, oportet ut humanis operibus seipsos perficiant, concives adiuvent, totamque societatem et creationem ad meliorem statum promoveant, verum etiam ut Christum, cuius manus fabrilibus se exercuerunt et qui semper cum Patre ad salutem omnium operatur, in actuosa caritate imitentur, spe gaudentes, alter alterius onera portantes, atque ipso suo quotidiano labore ad altiorem ascendant sanctitatem etiam apostolicam.

Specialiter etiam Christo pro salute mundi patienti se uniri sciant ii, qui paupertate, infirmitate, morbo, variisque aerumnis opprimuntur, vel persecutionem propter iustitiam patiuntur, quos Dominus in Evangelio beatos praedicavit et quos «Deus . . . omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos, Ipse perficiet, confirmabit solidabitque» (1 Petr. 5, 10).

Omnes igitur christifideles in vitae suae conditionibus, officiis vel circumstantiis, et per illa omnia, in dies magis sanctificabuntur, si cuncta e manu

und in seinen Besitz abgesondert, sich unter der Aufsicht der Hirten auf die Amtsaufgaben vorbereiten, müssen Geist und Herz entsprechend der so erhabenen Erwählung bilden, eifrig im Gebet, glühend in Liebe, denkend, was wahr, gerecht und guten Rufes ist. Alles sollen sie zur Verherrlichung und Ehre Gottes tun. Dazu kommen jene von Gott erwählten Laien, die vom Bischof gerufen sind, sich voll dem apostolischen Wirken hinzugeben, und im Ackerfeld des Herrn mit großer Fruchtbarkeit arbeiten<sup>130</sup>.

Die christlichen Eheleute und Eltern müssen auf ihrem eigenen Weg in treuer Liebe das ganze Leben hindurch einander in Gnade ertragen und die von Gott in Liebe empfangenen Kinder mit den christlichen Lehren und den Tugenden des Evangeliums erfüllen. So geben sie allen das Beispiel einer unermüdlichen und großmütigen Liebe, sie bauen die Bruderschaft der Liebe auf, sind Zeugen und Mitarbeiter der fruchtbaren Mutter Kirche, zum Zeichen und in Teilnahme jener Liebe, in der Christus seine Braut geliebt und sich für sie hingegeben hat<sup>131</sup>. Ein ähnliches Beispiel wird auf andere Weise von den Witwen und Unverheirateten gegeben; auch sie können nicht wenig zur Heiligkeit und Wirksamkeit in der Kirche beitragen. Jene aber, die — oft so schwer — arbeiten, müssen durch die menschliche Arbeit sich selbst vollenden, den Mitbürgern helfen und die ganze Gesellschaft und Schöpfung zu einem besseren Stand bringen. Sie sollen aber auch Christus in tätiger Liebe nachahmen, der handwerklich gearbeitet hat und immer mit dem Vater zum Heil aller wirkt. In freudiger Hoffnung soll einer des anderen Last tragen und gerade durch die tägliche Arbeit zu einer höheren, auch apostolischen Heiligkeit emporsteigen.

Die Armen, Schwachen, Kranken und von verschiedener Mühseligkeit Geplagten oder um der Gerechtigkeit willen Verfolgten sollen sich in besonderer Weise mit Christus in seinem Leiden für die Welt zu vereinigen wissen. Sie hat der Herr im Evangelium seliggepriesen, und „der Gott . . . aller Gnade, der uns in Christus Jesus zu seiner ewigen Herrlichkeit berufen hat, wird uns nach kurzer Zeit des Leidens selber vollenden, stärken, kräftigen und festigen“ (1 Petr 5, 10).

Alle Christgläubigen also werden in ihrer Lebenslage, ihren Pflichten und Umständen und durch dies alles von Tag zu Tag mehr geheiligt, wenn sie alles

<sup>130</sup> Cf. Pius XII, Alloc. Sous la maternelle protection, 9 dec. 1957: AAS 50 (1958) p. 36.

<sup>131</sup> Pius XI, Litt. Encycl. Casti Connubii, 31 dec. 1930: AAS 22 (1930) p. 548 s. Cf. S. Io. Chrysostomus, In Ephes. Hom. 20, 2: PG 62, 136 ss.

<sup>130</sup> Vgl. Pius XII, Anspr. Sous la maternelle protection, 9. Dez. 1957: AAS 50 (1958) 36.

<sup>131</sup> Pius XI, Enz. Casti Connubii, 31. Dez. 1930: AAS 22 (1930) 548 f. Vgl. Johannes Chrysostomus, In Ephes. Hom. 20, 2: PG 62, 136 ff.

Patris caelestis cum fide suscipiunt et voluntati divinae cooperantur, caritatem qua Deus dilexit mundum in ipso temporali servitio omnibus manifestando.

42. «Deus caritas est et qui manet in caritate in Deo manet et Deus in eo» (1 Io. 4, 16). Deus autem caritatem suam in cordibus nostris diffudit per Spiritum Sanctum qui datus est nobis (cf. Rom. 5, 5); ideoque donum primum et maxime necessarium est caritas, qua Deum super omnia et proximum propter Illum diligimus. Ut vero caritas tamquam bonum semen in anima increseat et fructificet, unusquisque fidelis debet verbum Dei libenter audire Eiusque voluntatem, opitulante Eius gratia, opere complere, sacramentis, praesertim Eucharistiae, et sacris actionibus frequenter participare, seseque orationi, sui ipsius abnegationi, fraterno actuoso servitio et omnium virtutum exercitationi constanter applicare. Caritas enim, ut vinculum perfectionis et plenitudo legis (cf. Col. 3, 14; Rom. 13, 10), omnia sanctificationis media regit, informat ad finemque perducit<sup>132</sup>. Unde caritate tum in Deum tum in proximum signatur verus Christi discipulus.

Cum Iesus, Dei Filius, caritatem suam manifestaverit, animam suam pro nobis ponendo, nemo maiorem habet dilectionem, quam qui animam suam pro Eo et fratribus suis ponit (cf. 1 Io. 3, 16; Io. 15, 13). Ad hoc ergo maximum amoris testimonium reddendum coram omnibus, praesertim persecutoribus, aliqui christiani iam a primo tempore vocati sunt et semper vocabuntur. Martyrium igitur, quo discipulus Magistro pro mundi salute mortem libere accipienti assimilatur, Eique in effusione sanguinis conformatur, ab Ecclesia eximium donum supremaque probatio caritatis aestimatur. Quod si paucis datur, omnes tamen parati sint oportet, Christum coram hominibus confiteri, Eumque inter persecutiones, quae Ecclesiae numquam desunt, in via crucis subsequi.

Sanctitas Ecclesiae item speciali modo fovetur multiplicibus consiliis, quae Dominus in Evangelio discipulis suis observanda proponit<sup>133</sup>. Inter quae eminent pretiosum gratiae divinae donum, quod a

aus der Hand des himmlischen Vaters im Glauben entgegennehmen und mit Gottes Willen zusammenwirken und so die Liebe, mit der Gott die Welt geliebt hat, im zeitlichen Dienst selbst allen kundmachen.

42. „Gott ist die Liebe, und wer in der Liebe bleibt, der bleibt in Gott und Gott in ihm“ (1 Jo 4, 16). Gott aber gießt seine Liebe in unseren Herzen aus durch den Heiligen Geist, der uns gegeben ist (vgl. Röm 5, 5). Daher ist die erste und notwendigste Gabe die Liebe, durch die wir Gott über alles und den Nächsten um Gottes willen lieben. Damit aber die Liebe wie ein guter Same in der Seele wachse und Frucht bringe, muß jeder Gläubige das Wort Gottes bereitwillig hören und seinen Willen mit Hilfe seiner Gnade in der Tat erfüllen, an den Sakramenten, vor allem der Eucharistie, und an den gottesdienstlichen Handlungen häufig teilnehmen und sich standhaft dem Gebet, der Selbstverleugnung, dem tatkräftigen Bruderdienst und der Übung aller Tugenden widmen. Denn die Liebe als Band der Vollkommenheit und Fülle des Gesetzes (vgl. Kol 3, 14; Röm 13, 10) leitet und beseelt alle Mittel der Heiligung und führt sie zum Ziel<sup>132</sup>. Daher ist die Liebe zu Gott wie zum Nächsten das Siegel des wahren Jüngers Christi.

Da Jesus, der Sohn Gottes, seine Liebe durch den Einsatz seines Lebens für uns bekundet hat, hat keiner eine größere Liebe, als wer sein Leben für ihn und die Brüder hingibt (vgl. 1 Jo 3, 16; Jo 15, 13). Dieses höchste Zeugnis der Liebe vor allen, besonders den Verfolgern, zu geben war die Berufung einiger Christen schon in den ersten Zeiten und wird es immer sein. Das Martyrium, das den Jünger dem Meister in der freien Annahme des Todes für das Heil der Welt ähnlich macht und im Vergießen des Blutes gleichgestaltet, wertet die Kirche als hervorragendes Geschenk und als höchsten Erweis der Liebe. Wenn es auch wenigen gegeben wird, so müssen doch alle bereit sein, Christus vor den Menschen zu bekennen und ihm in den Verfolgungen, die der Kirche nie fehlen, auf dem Weg des Kreuzes zu folgen.

Ferner wird die Heiligkeit der Kirche in besonderer Weise gefördert durch die vielfachen Räte, deren Beobachtung der Herr im Evangelium seinen Jüngern vorlegt<sup>133</sup>. Darunter ragt die kostbare gött-

<sup>132</sup> Cf. S. Augustinus, Enchir. 121, 32: PL 40, 288. S. Thomas, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 1. Pius XII, Adhort. Apost. Menti nostrae, 23 sept. 1950: AAS 42 (1950) p. 660.

<sup>133</sup> De consiliis in genere, cf. Origenes, Comm. Rom. X, 14: PG 14, 1275 B. S. Augustinus, De S. Virginitate, 15, 15: PL 40, 403. S. Thomas, Summa Theol. I—II, q. 100, a. 2 C (in fine); II—II, q. 44, a. 4, ad 3.

<sup>132</sup> Vgl. Augustinus, Enchir. 121, 32: PL 40, 288. Thomas v. Aquin, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 1. Pius XII, Adhort. Apost. Menti nostrae, 23. Sept. 1950: AAS 42 (1950) 660.

<sup>133</sup> Zu den Räten im allgemeinen vgl. Origenes, Comm. Rom. X, 14: PG 14, 1275 B. Augustinus, De s. virginitate 15, 15: PL 40, 403. Thomas v. Aquin, Summa Theol. I—II, q. 100, a. 2 C (am Schluß); II—II, q. 44, a. 4, ad 3.



Patre quibusdam datur (cf. Matth. 19, 11; 1 Cor. 7, 7), ut in virginitate vel coelibatu facilius indiviso corde (cf. 1 Cor. 7, 32—34) Deo soli se devoveant<sup>134</sup>. Haec perfecta propter Regnum caelorum continentia semper in honore praecipuo ab Ecclesia habita est, tamquam signum et stimulus caritatis, ac quidam peculiaris fons spiritualis foecunditatis in mundo.

Ecclesia etiam Apostoli monitionem recogitat, qui fideles ad caritatem provocans, eos exhortatur, ut hoc in se sentiant quod et in Christo Iesu, qui «semetipsum exinanivit formam servi accipiens, . . . factus oboediens usque ad mortem» (Phil. 2, 7—8) et propter nos «egenus factus est, cum esset dives» (2 Cor. 8, 9). Huius caritatis et humilitatis Christi imitationem et testimonium cum a discipulis semper praebere necesse sit, gaudet Mater Ecclesia plures in sinu suo inveniri viros ac mulieres, qui exinanitionem Salvatoris pressius sequuntur et clarius demonstrant, paupertatem in filiorum Dei libertate suscipientes et propriis voluntatibus abrenuntiantes: illi scilicet sese homini propter Deum in re perfectionis ultra mensuram praecepti subiciunt, ut Christo oboedienti sese plenius conforment<sup>135</sup>.

Omnes igitur christifideles ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur. Attendant igitur omnes, ut affectus suos recte dirigant, ne usu rerum mundanarum et adhaesione ad divitias contra spiritum paupertatis evangelicae a caritate perfecta prosequenda impediantur, monente Apostolo: Qui utuntur hoc mundo, in eo se sistant: praeterit enim figura huius mundi (cf. 1 Cor. 7, 31 gr.)<sup>136</sup>.

## CAPUT VI

### De Religiosis

43. Consilia evangelica castitatis Deo dicatae, paupertatis et oboedientiae, utpote in verbis et

liche Gnadengabe hervor, die der Vater einigen gibt (vgl. Mt 19, 11; 1 Kor 7, 7), die Jungfräulichkeit oder der Zölibat, in dem man sich leichter ungeteilten Herzens (vgl. 1 Kor 7, 32—34) Gott allein hingibt<sup>134</sup>. Diese vollkommene Enthaltensamkeit um des Himmelreiches willen wurde von der Kirche immer besonders in Ehren gehalten als Zeichen und Anreiz der Liebe und wie eine besondere Quelle geistlicher Fruchtbarkeit in der Welt.

Die Kirche bedenkt auch die Mahnung des Apostels, der die Gläubigen zur Liebe aufruft und sie ermahnt, auf das in sich zu sinnen, was auch in Christus Jesus war, der „sich selbst entäußerte und Knechtsgestalt annahm . . . und gehorsam wurde bis in den Tod“ (Phil 2, 7—8), und der um unseretwillen „arm wurde, da er reich war“ (2 Kor 8, 9). Diese Nachahmung und Bezeugung der Liebe und Demut Christi müssen die Jünger immer leisten. Deshalb freut sich die Mutter Kirche darüber, daß sich in ihrem Schoß viele Männer und Frauen finden, die die Entäußerung des Erlösers enger befolgen und klarer erweisen, indem sie die Armut in der Freiheit der Kinder Gottes übernehmen und auf den Eigenwillen verzichten, das heißt, sie unterwerfen sich einem Menschen um Gottes willen in Dingen der Vollkommenheit über das Maß des Gebotes hinaus, um sich dem gehorsamen Christus mehr gleichzugestalten<sup>135</sup>.

Alle Christgläubigen sind also zum Streben nach Heiligkeit und ihrem Stand entsprechender Vollkommenheit eingeladen und gehalten. Alle sollen deshalb ihre Willensantriebe richtig leiten, um nicht durch den Umgang mit weltlichen Dingen und die Anhänglichkeit an die Reichtümer wider den Geist der evangelischen Armut vom Streben nach vollkommener Liebe abgehalten zu werden. Mahnt doch der Apostel: Die mit dieser Welt umgehen, sollen an ihr nicht festhängen; denn die Gestalt dieser Welt vergeht (vgl. 1 Kor 7, 31 griech.)<sup>136</sup>.

## SECHSTES KAPITEL

### Die Ordensleute

43. Die evangelischen Räte der Gott geweihten Keuschheit, der Armut und des Gehorsams sind,

<sup>134</sup> De praestantia sacrae virginitatis, cf. Tertullianus, Exhort. Cast. 10: PL 2, 925 C. S. Cyprianus, Hab. Virg. 3 et 22: PL 4, 443 B et 461 AB. S. Athanasius(?), De Virg.: PG 28, 252 ss. S. Io. Chrysostomus, De Virg.: PG 48, 533 ss.

<sup>135</sup> De spirituali paupertate cf. Matth. 5, 3 et 19, 21; Matth. 10, 21; Luc. 18, 22; de oboedientia exemplum Christi affertur Io. 4, 34 et 6, 38; Phil. 2, 8—10; Hebr. 10, 5—7. Patres et ordinum fundatores abundant.

<sup>136</sup> De praxi effectiva consiliorum quae non omnibus imponitur, cf. S. Io. Chrysostomus, In Matth. Hom. 7, 7: PG 57, 81 s. S. Ambrosius, De Viduis, 4, 23: PL 16, 241 s.

<sup>134</sup> Über die Erhabenheit der heiligen Jungfräulichkeit vgl. Tertullian, Exhort. Cast. 10: PL 2, 925 C. Cyprian, Hab. Virg. 3 u. 22: PL 4, 443 B und 461 AB. Athanasius (?), De Virg.: PG 28, 252 ff. Johannes Chrysostomus, De Virg.: PG 48, 533 ff.

<sup>135</sup> Zur geistlichen Armut, vgl. Mt 5, 3 u. 19, 21; Mk 10, 21; Lk 18, 22; zum Gehorsam wird auf das Beispiel Christi hingewiesen: Jo 4, 34 u. 6, 38; Phil 2, 8—10; Hebr 10, 5—7. Zahlreiche Belege bei Vätern und Ordensstiftern.

<sup>136</sup> Zur Verwirklichung der Räte, die nicht allen auferlegt ist, vgl. Johannes Chrysostomus, In Mt. Hom. 7, 7: PG 57, 81 f. Ambrosius, De Viduis 4, 23: PL 16, 241 f.

exemplis Domini fundata et ab Apostolis et Patribus Ecclesiaeque doctoribus et pastoribus commendata, sunt donum divinum, quod Ecclesia a Domino suo accepit et gratia Eius semper conservat. Ipsa autem auctoritas Ecclesiae, duce Spiritu Sancto, ea interpretari, eorum praxim moderari et etiam stabiles inde vivendi formas constituere curavit. Quo factum est ut, quasi in arbore ex germine divinitus dato mirabiliter et multipliciter in agro Domini ramificata, variae formae vitae solitariae vel communis, variaeque familiae creverint, quae tum ad profectum sodalium, tum ad bonum totius Corporis Christi opes augent<sup>137</sup>. Illae enim familiae sodalibus suis adminicula conferunt stabilitatis in modo vivendi firmioris, doctrinae ad perfectionem prosequendam probatae, communionis in militia Christi fraternae, libertatis per oboedientiam roboratae, ita ut suam religiosam professionem secure implere et fideliter custodire valeant, atque in caritatis via spiritu gaudentes progrediantur<sup>138</sup>.

Status huiusmodi, ratione habita divinae et hierarchicae Ecclesiae constitutionis, non est intermedius inter clericalem et laicalem conditionem, sed ex utraque parte quidam christifideles a Deo vocantur, ut in vita Ecclesiae peculiari dono fruuntur et, suo quisque modo, eiusdem missioni salvificae prosint<sup>139</sup>.

44. Per vota aut alia sacra ligamina, votis propria sua ratione assimilata, quibus christifidelis ad tria praedicta consilia evangelica se obligat, Deo summe dilecto totaliter mancipatur, ita ut ipse ad Dei servitium Eiusque honorem novo et peculiari titulo referatur. Per baptismum quidem mortuus est peccato, et Deo sacratus; ut autem gratiae baptismalis uberiores fructus percipere queat, consiliorum evangelicorum professione in Ecclesia liberari intendit ab impedimentis, quae ipsum a caritatis fervore et divini cultus perfectione retrahere possent,

in Wort und Beispiel des Herrn begründet und von den Aposteln und den Vätern wie auch den Lehrern und Hirten der Kirche empfohlen, ein Geschenk Gottes, das die Kirche von ihrem Herrn empfangen hat und in seiner Gnade immer bewahrt. Die Autorität der Kirche selbst hat unter Leitung des Heiligen Geistes für ihre Auslegung, die Regelung ihrer Praxis und die Festsetzung entsprechender dauerhafter Lebensformen gesorgt. So sind wie an einem Baum, der sich aus einem von Gott gegebenen Samen wunderbar und vielfältig auf dem Ackerfeld des Herrn verzweigt, verschiedene Formen des eremitischen und gemeinschaftlichen Lebens und verschiedene Gemeinschaften gewachsen. Sie bieten reichliche Hilfen zum Fortschritt der Mitglieder wie zum Besten des ganzen Leibes Christi<sup>137</sup>. Jene Gemeinschaften verhelfen nämlich ihren Mitgliedern zu größerer Beständigkeit in der Lebensweise, zu einer erprobten Lehre für die Erreichung der Vollkommenheit, zu einer brüderlichen Gemeinschaft im Kriegsdienst Christi und zu einer durch den Gehorsam gefestigten Freiheit. Dadurch können sie ihr religiöses Gelöbnis in Sicherheit erfüllen und in Treue bewahren und auf dem Weg der Liebe in geistlicher Freude voranschreiten<sup>138</sup>.

Ein derartiger Stand ist, im Hinblick auf die göttliche, hierarchische Verfassung der Kirche, kein Zwischenstand zwischen dem der Kleriker und dem der Laien. Vielmehr werden aus beiden Gruppen Christgläubige von Gott gerufen, im Leben der Kirche sich einer besonderen Gabe zu erfreuen und, jeder in seiner Weise, ihrer Heilsmission zu nützen<sup>139</sup>.

44. Durch die Gelübde oder andere den Gelübden in ihrer Eigenart ähnliche heilige Bindungen verpflichtet sich der Christgläubige zu den drei genannten evangelischen Räten und gibt sich dadurch dem über alles geliebten Gott vollständig zu eigen, so daß er selbst durch einen neuen und besonderen Titel auf Gottes Dienst und Ehre hingeeordnet wird. Er ist zwar durch die Taufe der Sünde gestorben und Gott geweiht. Um aber reichere Frucht aus der Taufgnade empfangen zu können, will er durch die Verpflichtung auf die evangelischen Räte in der Kirche von den Hindernissen, die ihn von der Glut

<sup>137</sup> Cf. Rosweydeus, Vitae Patrum, Antwerpiae 1628. Apophthegmata Patrum: PG 65. Palladius, Historia Lausiaca: PG 34, 995 ss.; ed. C. Butler, Cambridge 1898 (1904). Pius XI, Const. Apost. Umbratilem, 8 iul. 1924: AAS 16 (1924) pp. 386—387. Pius XII, Alloc. Nous sommes heureux, 11 apr. 1958: AAS 50 (1958) p. 283.

<sup>138</sup> Paulus VI, Alloc. Magno gaudio, 23 maii 1964: AAS 56 (1964) p. 566.

<sup>139</sup> Cf. Cod. Iur. Can., c. 487 et 488, 40. Pius XII, Alloc. Annus sacer, 8 dec. 1950: AAS 43 (1951) p. 27 s. Pius XII, Const. Apost. Provida Mater, 2 febr. 1947: AAS 39 (1947) p. 120 ss.

<sup>137</sup> Vgl. Rosweydeus, Vitae Patrum, Antwerpen 1628. Apophthegmata Patrum: PG 65. Palladius, Historia Lausiaca: PG 34, 995 ff.; ed. C. Butler, Cambridge 1898 (1904). Pius XI, Apost. Konst. Umbratilem, 8. Juli 1924: AAS 16 (1924), 386—387. Pius XII, Anspr. Nous sommes heureux, 11. April 1958: AAS 50 (1958), 283.

<sup>138</sup> Paul VI, Anspr. Magno gaudio, 23. Mai 1964: AAS 56 (1964) 566.

<sup>139</sup> Vgl. CIC, can. 487 u. 488, 40. Pius XII, Anspr. Annus sacer, 8. Dez. 1950: AAS 43 (1951) 27 f. Ders., Apost. Konst. Provida Mater, 2. Febr. 1947: AAS 39 (1947) 120 ff.

et divino obsequio intimius consecratur<sup>140</sup>. Tanto autem perfectior erit consecratio, quo per firmiora et stabiliora vincula magis repraesentatur Christus cum sponsa Ecclesia indissolubili vinculo coniunctus.

Cum vero evangelica consilia suos assecras, per caritatem ad quam ducunt<sup>141</sup>, Ecclesiae eiusque mysterio speciali modo coniungant, spiritualis horum vita bono quoque totius Ecclesiae devoveatur oportet. Inde oritur officium pro viribus et secundum formam propriae vocationis, sive oratione, sive actiosa quoque opera, laborandi ad Regnum Christi in animis radicandum et roborandum, illudque ad omnes plagas dilatandum. Unde et Ecclesia propriam indolem variorum Institutorum religiosorum tuetur et fovet.

Evangelicorum proinde consiliorum professio tamquam signum apparet, quod omnia Ecclesiae membra ad officia vocationis christianae impigre adimplenda efficaciter attrahere potest ac debet. Cum enim Populus Dei hic manentem civitatem non habeat, sed futuram inquirat, status religiosus, qui suos assecras a curis terrenis magis liberat, magis etiam tum bona caelestia iam in hoc saeculo praesentia omnibus credentibus manifestat, tum vitam novam et aeternam redemptione Christi acquisitam testificat, tum resurrectionem futuram et gloriam Regni caelestis praenuntiat. Formam quoque vitae, quam Filius Dei accepit, mundum ingressus ut faceret voluntatem Patris, quamque discipulis Ipsum sequentibus proposuit, idem status pressius imitatur atque in Ecclesia perpetuo repraesentat. Regni Dei denique super omnia terrestria elevationem eiusque summas necessitudines peculiari modo patefacit; supereminentem quoque magnitudinem virtutis Christi regnantis atque infinitam Spiritus Sancti potentiam, in Ecclesia mirabiliter operantem, cunctis hominibus demonstrat.

Status ergo, qui professione consiliorum evangelicorum constituitur, licet ad Ecclesiae structuram hierarchicam non spectet, ad eius tamen vitam et sanctitatem inconcusse pertinet.

der Liebe und der Vollkommenheit der Gottesverehrung zurückhalten könnten, frei werden und sich enger dem göttlichen Dienst weihen<sup>140</sup>. Die Weihe ist aber um so vollkommener, je mehr sie durch die Festigkeit und Beständigkeit der Bande die unlösliche Verbindung Christi mit seiner Braut, der Kirche, darstellt.

Weil aber die evangelischen Räte ihre Befolger durch die Liebe, zu der sie hinführen<sup>141</sup>, auch in besonderer Weise mit der Kirche und ihrem Geheimnis verbinden, muß ihr geistliches Leben auch dem Wohl der ganzen Kirche gewidmet sein. Daraus ergibt sich die Pflicht, nach Kräften und entsprechend der Gestalt der eigenen Berufung, durch Gebet oder auch tätiges Wirken sich um die Einwurzelung und Festigung des Reiches Christi in den Seelen und seine weltweite Ausbreitung zu bemühen. Deshalb auch schützt und fördert die Kirche den eigenen Charakter der verschiedenen Einrichtungen gottgeweihten Lebens.

So erscheint die Verpflichtung auf die evangelischen Räte als ein Zeichen, das alle Glieder der Kirche wirksam zur eifrigen Erfüllung der Pflichten ihrer christlichen Berufung hinziehen kann und soll. Das Volk Gottes hat ja hier keine bleibende Heimstatt, sondern sucht die zukünftige. Deshalb macht der Ordensstand, der seine Glieder von den irdischen Sorgen mehr befreit, mehr die himmlischen Güter, die schon in dieser Zeit gegenwärtig sind, auch allen Gläubigen kund, bezeugt das neue und ewige, in der Erlösung Christi erworbene Leben und kündigt die zukünftige Auferstehung und Herrlichkeit des Himmelreiches an. Und die Lebensform, die der Sohn Gottes annahm, als er in die Welt eintrat, um den Willen des Vaters zu tun, und die er den Jüngern, die ihm nachfolgen, vorgelegt hat, ahmt dieser Stand deutlicher nach und gibt ihr in der Kirche ständige Gegenwart. Schließlich macht er die Erhabenheit des Gottesreiches gegenüber allem Irdischen und seine höchsten Ansprüche in besonderer Weise offenkundig. Er beweist auch allen Menschen die überragende Größe der Herrscherkraft Christi und die wunderbare, unbegrenzte Wirkkraft des Heiligen Geistes in der Kirche.

Der Stand, der durch das Gelöbnis der evangelischen Räte begründet wird, ist also zwar nicht Teil der hierarchischen Struktur der Kirche, gehört aber unerschütterlich zu ihrem Leben und ihrer Heiligkeit.

<sup>140</sup> Paulus VI, l. c., p. 567.

<sup>141</sup> Cf. S. Thomas, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 3 et q. 188, a. 2. S. Bonaventura, Opusc. XI, Apologia Pauperum, c. 3, 3: ed. Opera, Quaracchi, t. 8, 1898, p. 245 a.

<sup>140</sup> Paul VI, a. a. O. 567.

<sup>141</sup> Vgl. Thomas v. Aquin, Summa Theol. II—II, q. 184, a. 3 u. q. 188, a. 2. Bonaventura, Opusc. XI, Apologia Pauperum, 3. Kap., 3: Ausg. der Werke, Quaracchi, Bd. 8, 1898, 245 a.

45. Cum ecclesiasticae Hierarchiae munus sit Populum Dei pascere et ad pascua uberrima ducere (cf. Ezech. 34, 14), ad ipsam spectat evangelicorum consiliorum praxim, quibus perfectio caritatis erga Deum et proximum singulariter fovetur, legibus suis sapienter moderari<sup>142</sup>. Ipsa etiam, Spiritus Sancti impulsus dociliter sequens, regulas a praeclaris viris et mulieribus propositas recipit et ulterius ordinatas authentice adprobat, necnon Instituti ad aedificationem Corporis Christi passim erectis, ut secundum spiritum fundatorum crescant atque floreat, auctoritate sua invigilante et protegente adest.

Quo autem melius necessitatibus totius dominici gregis provideatur, quodcumque perfectionis Institutum ac sodales singuli a Summo Pontifice, ratione ipsius in universam Ecclesiam primatus, intuitu utilitatis communis, ab Ordinariis loci iurisdictione eximi et ei soli subici possunt<sup>143</sup>. Similiter possunt propriis auctoritatibus patriarchalibus relinqui aut committi. Ipsi sodales, in officio erga Ecclesiam ex peculiari suae vitae forma adimplendo, reverentiam et oboedientiam secundum canonicas leges praestare debent Episcopis, ob eorum in Ecclesiis particularibus auctoritatem pastorem et ob necessariam in labore apostolico unitatem et concordiam<sup>144</sup>.

Ecclesia autem professionem religiosam non tantum sua sanctione ad status canonici dignitatem erigit, sed eam ut statum Deo consecratum etiam actione sua liturgica exhibet. Ipsa enim Ecclesia, auctoritate sibi a Deo commissa, profitentium vota suscipit, prece sua publica eis auxilia et gratiam a Deo impetrat, eos Deo commendat eisque spiritualem benedictionem impertitur, oblationem eorum sacrificio eucharistico adsocians.

46. Sollicite attendant religiosi, ut per ipsos Ecclesia revera Christum in dies, sive fidelibus sive infidelibus, melius commonstret, vel in monte contemplantem, vel turbis Regnum Dei annuntiantem, vel aegrotos et saucios sanantem ac peccatores ad

45. Da die kirchliche Hierarchie die Aufgabe hat, das Volk Gottes zu leiten und auf reiche Weiden zu führen (vgl. Ez 34, 14), ist sie dafür zuständig, die Praxis der evangelischen Räte, durch die die vollkommene Liebe zu Gott und dem Nächsten einzigartig gefördert wird, durch ihre Gesetze weise zu lenken<sup>142</sup>. Sie nimmt auch in gelehriger Gefolgschaft gegen die Antriebe des Heiligen Geistes die von vortrefflichen Männern und Frauen vorgelegten Regeln an, läßt sie weiter ordnen und erkennt sie authentisch an. Außerdem wacht sie mit ihrer Autorität schützend über die zum Aufbau des Leibes Christi allenthalben errichteten Institute, damit sie nach dem Geist ihrer Stifter wachsen und blühen.

Zur besseren Vorsorge gegenüber den Bedürfnissen der ganzen Herde des Herrn können alle Institute des Standes der Vollkommenheit und ihre einzelnen Mitglieder vom Papst aufgrund seines Primats über die ganze Kirche und im Hinblick auf das Gemeinwohl der Jurisdiktion der Ortsordinarien entzogen und ihm allein unterstellt werden<sup>143</sup>. In ähnlicher Weise können sie den eigenen patriarchalen Autoritäten überlassen oder übergeben werden. Die Mitglieder selbst müssen die Pflicht gegenüber der Kirche nach ihrer besonderen Lebensform erfüllen und dabei den Bischöfen gemäß den kanonischen Gesetzen Ehrfurcht und Gehorsam leisten wegen ihrer Hirtenautorität in den Teilkirchen und um der notwendigen Einheit und Eintracht im apostolischen Wirken willen<sup>144</sup>.

Die Kirche erhebt aber nicht nur den Ordensberuf durch ihre Bestätigung zur Würde eines kanonischen Standes, sondern macht ihn auch durch ihre liturgische Feier zu einem Gott geweihten Stand. Denn die Kirche selbst nimmt kraft der ihr von Gott übertragenen Autorität die Gelübde der Gelobenden entgegen, erbittet ihnen durch ihr öffentliches Gebet Hilfe und Gnade von Gott, empfiehlt sie Gott, gibt ihnen den geistlichen Segen und vereint ihre Hingabe mit dem eucharistischen Opfer.

46. Die Ordensleute sollen sorgfältig darauf achten, daß durch sie die Kirche wirklich von Tag zu Tag mehr den Gläubigen wie den Ungläubigen Christus sichtbar mache, wie er auf dem Berg in der Beschauung weilt oder wie er den Scharen das

<sup>142</sup> Cf. Conc. Vat. I, Schema De Ecclesia Christi, cap. XV, et Adnot. 48: Mansi 51, 549 s. et 619 s. Leo XIII, Epist. Au milieu des consolations, 23 dec. 1900: ASS 33 (1900—01) p. 361. Pius XII, Const. Apost. Provida Mater, l. c., p. 114 s.

<sup>143</sup> Cf. Leo XIII, Const. Romanos Pontifices, 8 maii 1881: ASS 13 (1880—81) p. 483. Pius XII, Alloc. Annus sacer, 8 dec. 1950: AAS 43 (1951) p. 28 s.

<sup>144</sup> Cf. Pius XII, Alloc. Annus sacer, l. c., p. 28. Pius XII, Const. Apost. Sedes Sapientiae, 31 maii 1956: AAS 48 (1956) p. 355. Paulus VI, l. c., pp. 570—571.

<sup>142</sup> Vgl. Conc. Vatic. I, Schema Über die Kirche Christi, Kap. XV u. Anmerkung 48: Mansi 51, 549 f u. 619 f. Leo XIII, Brief Au milieu des consolations, 23. Dez. 1900: ASS 33 (1900—01) 361. Pius XII, Apost. Konst. Provida Mater, a. a. O. 114 f.

<sup>143</sup> Vgl. Leo XIII, Konst. Romanos Pontifices, 8. Mai 1881: ASS 13 (1880—81) 483. Pius XII, Anspr. Annus sacer, 8. Dez. 1950: AAS 43 (1951) 28 f.

<sup>144</sup> Vgl. Pius XII, Anspr. Annus sacer, a. a. O. 28. Pius XII, Apost. Konst. Sedes Sapientiae, 31. Mai 1956: AAS 48 (1956) 355. Paul VI, a. a. O., 570—571.

bonam frugem convertentem, vel pueris benedicentem, et omnibus beneficientem, semper autem voluntati Patris qui Eum misit oboedientem<sup>145</sup>.

Omnes tandem perspectum habeant, consiliorum evangelicorum professionem, quamvis renuntiationem secumferat bonorum quae indubie magni aestimanda veniunt, tamen personae humanae vero profectui non obstare, sed natura sua ei summopere prodesse. Consilia enim, secundum cuiusquam personalem vocationem voluntarie suscepta, ad cordis purificationem et spiritualem libertatem non parum conferunt, fervorem caritatis iugiter excitant et praesertim ad genus vitae virginalis ac pauperis, quod sibi elegit Christus Dominus, quodque Mater Eius Virgo amplexa est, hominem christianum magis conformare valent, ut exemplo tot sanctorum fundatorum comprobatur. Nec quisquam aestimet religiosos consecratione sua aut ab hominibus alienos aut inutiles in civitate terrestri fieri. Nam etsi quandoque coetaneis suis non directe adstant, profundiore tamen modo eos in visceribus Christi praesentes habent atque cum eis spiritualiter cooperantur, ut aedificatio terrenae civitatis semper in Domino fundetur ad Ipsumque dirigatur, ne forte in vanum laboraverint qui aedificant eam<sup>146</sup>.

Idcirco denique Sacra Synodus confirmat et laudat viros ac mulieres, Fratres ac Sorores, qui in monasteriis, vel in scholis et nosocomiis, vel in missionibus, constanti et humili fidelitate in praedicta consecratione Sponsam Christi condecorant, omnibusque hominibus generosa ac diversissima servitia praestant.

47. Unusquisque autem ad professionem consiliorum vocatus sedulo curet, ut in quam vocationem a Deo vocatus est, in ea permaneat atque magis excellat, ad uberiores Ecclesiae sanctitatem, ad maiorem gloriam unius et indivisae Trinitatis, quae in Christo et per Christum est omnis sanctitatis fons et origo.

Reich Gottes verkündigt oder wie er die Kranken und Schwachen heilt und die Sünder zu guter Frucht der Umkehr bringt oder wie er die Kinder segnet und allen Wohltaten erweist, immer aber dem Willen des Vaters gehorsam ist, der ihn gesandt hat<sup>145</sup>.

Alle sollen schließlich einsehen, daß das Gelöbnis der evangelischen Räte, wenn es auch den Verzicht auf zweifellos sehr wertvolle Güter mit sich bringt, dennoch der wahren Entfaltung der menschlichen Person nicht entgegensteht, sondern aus ihrem Wesen heraus sie aufs höchste fördert. Die Räte nämlich tragen, da sie entsprechend der persönlichen Berufung eines jeden freiwillig übernommen werden, nicht wenig zur Reinigung des Herzens und zur geistlichen Freiheit bei, fachen ständig die Glut der Liebe an und vermögen den Christen vor allem der jungfräulichen und armen Lebensweise, die sich Christus der Herr erwählt und die seine jungfräuliche Mutter umfassen hat, mehr gleichförmig zu machen. Das beweist das Beispiel so vieler heiliger Ordensgründer. Und es soll keiner meinen, die Ordensleute würden durch ihre Weihe den Menschen fremd oder für die irdische Gesellschaft unnütz. Denn, wenn sie auch zuweilen mit ihren Zeitgenossen nicht unmittelbar umgehen, haben sie sie doch auf tiefere Weise im Inneren Christi gegenwärtig und wirken geistlich mit ihnen zusammen, daß der Aufbau der irdischen Gesellschaft immer in Gott gründe und auf ihn ausgerichtet sei und seine Erbauer nicht vergeblich arbeiten<sup>146</sup>.

Gerade darum bestätigt und lobt die Heilige Synode die Männer und Frauen, Brüder und Schwestern, die in den Klöstern oder in Schulen und Krankenhäusern oder in den Missionen in standhafter und demütiger Treue durch die oben dargestellte Weihe die Braut Christi zieren und allen Menschen die verschiedensten großmütigen Dienste leisten.

47. Jeder, der zum Gelöbnis der Räte berufen ist, soll eifrig bemüht sein, in der Berufung, zu der er von Gott gerufen wurde, zu bleiben und sich darin mehr auszuzeichnen, zur reicheren Heiligkeit der Kirche, zur größeren Ehre der einen und ungeteilten Dreifaltigkeit, die in Christus und durch Christus Quelle und Ursprung jeder Heiligkeit ist.

<sup>145</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) p. 214 s.

<sup>146</sup> Cf. Pius XII, Alloc. *Annus sacer*, I. c., p. 30. Alloc. *Sous la maternelle protection*, 9 dec. 1957: AAS 50 (1958) p. 39 s.

<sup>145</sup> Vgl. Pius XII, *Enz. Mystici Corporis*, 29. Juni 1943: AAS 35 (1943) 214 f.

<sup>146</sup> Vgl. Pius XII, *Anspr. Annus sacer*, a. a. O. 30. *Anspr. Sous la maternelle protection*, 9. Dez. 1957: AAS 50 (1958) 39 f.

## CAPUT VII

De indole eschatologica Ecclesiae  
peregrinantis eiusque unione cum  
Ecclesia caelesti

48. Ecclesia, ad quam in Christo Iesu vocamur omnes et in qua per gratiam Dei sanctitatem acquirimus, non nisi in gloria caelesti consummabitur, quando adveniet tempus restitutionis omnium (Act. 3, 21) atque cum genere humano universus quoque mundus, qui intime cum homine coniungitur et per eum ad finem suum accedit, perfecte in Christo instaurabitur (cf. Eph. 1, 10; Col. 1, 20; 2 Petr. 3, 10—13).

Christus quidem exaltatus a terra omnes traxit ad Seipsum (cf. Io. 12, 32 gr.); resurgens ex mortuis (cf. Rom. 6, 9) Spiritum suum vivificantem in discipulos immisit et per eum Corpus suum quod est Ecclesia ut universale salutis sacramentum constituit; sedens ad dexteram Patris continuo operatur in mundo ut homines ad Ecclesiam perducatur arcitiusque per eam Sibi coniungatur ac proprio Corpore et Sanguine illos nutriendo gloriosae vitae suae faciat esse participes. Restitutio ergo quam promissam expectamus, iam incepit in Christo, provehitur in missione Spiritus Sancti et per Eum pergit in Ecclesia in qua per fidem de sensu quoque vitae nostrae temporalis edocemur, dum opus a Patre nobis in mundo commissum cum spe futurorum bonorum ad finem perducimus et salutem nostram operamur (cf. Phil. 2, 12).

Iam ergo fines saeculorum ad nos pervenerunt (cf. 1 Cor. 10, 11) et renovatio mundi irrevocabiliter est constituta atque in hoc saeculo reali quodam modo anticipatur: etenim Ecclesia iam in terris vera sanctitate licet imperfecta insignitur. Donec tamen fuerint novi caeli et nova terra, in quibus iustitia habitat (cf. 2 Petr. 3, 13), Ecclesia peregrinans, in suis sacramentis et institutionibus, quae ad hoc aevum pertinent, portat figuram huius saeculi quae praeterit et ipsa inter creaturas degit quae ingemiscunt et parturiunt usque adhuc et exspectant revelationem filiorum Dei (cf. Rom. 8, 19—22).

Coniuncti ergo Christo in Ecclesia et signati Spiritu Sancto «qui est pignus hereditatis nostrae» (Eph. 1, 14), vere filii Dei nominamur et sumus (cf.

## SIEBTES KAPITEL

Der endzeitliche Charakter  
der pilgernden Kirche und ihre Einheit  
mit der himmlischen Kirche

48. Die Kirche, zu der wir alle in Christus Jesus berufen sind und in der wir mit der Gnade Gottes die Heiligkeit erlangen, wird erst in der himmlischen Herrlichkeit vollendet werden, wenn die Zeit der allgemeinen Wiederherstellung kommt (Apg 3, 21). Dann wird mit dem Menschengeschlecht auch die ganze Welt, die mit dem Menschen innigst verbunden ist und durch ihn ihrem Ziele entgegenggeht, vollkommen in Christus erneuert werden (vgl. Eph 1, 10; Kol 1, 20; 2 Petr 3, 10—13).

Christus hat, von der Erde erhöht, alle an sich gezogen (vgl. Jo 12, 32 griech.). Auferstanden von den Toten (vgl. Röm 6, 9), hat er seinen lebendig-machenden Geist in die Jünger hineingesandt und durch ihn seinen Leib, die Kirche, zum allumfassenden Heilssakrament gemacht. Zur Rechten des Vaters sitzend, wirkt er beständig in der Welt, um die Menschen zur Kirche zu führen und durch sie enger mit sich zu verbinden. Mit seinem eigenen Leib und Blut nährt er sie und macht sie seines verherrlichten Lebens teilhaft. Die Wiederherstellung also, die uns verheißen ist und die wir erwarten, hat in Christus schon begonnen, nimmt ihren Fortgang in der Sendung des Heiligen Geistes und geht durch ihn weiter in der Kirche, in der wir durch den Glauben auch über den Sinn unseres zeitlichen Lebens belehrt werden, bis wir das vom Vater uns in dieser Welt übertragene Werk mit der Hoffnung auf die künftigen Güter zu Ende führen und unser Heil wirken (vgl. Phil 2, 12.)

Das Ende der Zeiten ist also bereits zu uns gekommen (vgl. 1 Kor 10, 11), und die Erneuerung der Welt ist unwiderruflich bestimmt und wird in dieser Weltzeit in gewisser Weise wirklich vorausgenommen. Denn die Kirche ist schon auf Erden durch eine wahre, wenn auch unvollkommene Heiligkeit ausgezeichnet. Bis es aber einen neuen Himmel und eine neue Erde gibt, in denen die Gerechtigkeit wohnt (vgl. 2 Petr 3, 13), trägt die pilgernde Kirche in ihren Sakramenten und Einrichtungen, da sie zu dieser Weltzeit gehören, die Gestalt dieser Welt, die vergeht. Sie verweilt in der Schöpfung, die bis jetzt noch seufzt und in Wehen liegt und die Offenbarung der Kinder Gottes erwartet (vgl. Röm 8, 19—22).

Mit Christus also in der Kirche verbunden und mit dem Heiligen Geist gezeichnet, „der das Angeld unserer Erbschaft ist“ (Eph 1, 14), heißen wir wahr-

1 Io. 3, 1), sed nondum apparuimus cum Christo in gloria (cf. Col. 3, 4), in qua similes Deo erimus, quoniam videbimus Eum sicuti est (cf. 1 Io. 3, 2). Itaque «dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino» (2 Cor. 5, 6) et primitias Spiritus habentes intra nos gemimus (cf. Rom. 8, 23) et cupimus esse cum Christo (cf. Phil. 1, 23). Eadem autem caritate urgemur ut magis vivamus Ei, qui pro nobis mortuus est et resurrexit (cf. 2 Cor. 5, 15). Contendimus ergo in omnibus placere Domino (cf. 2 Cor. 5, 9) et induimus armaturam Dei, ut possimus stare adversus insidas diaboli et resistere in die malo (cf. Eph. 6, 11—13). Cum vero nesciamus diem neque horam, monente Domino, constanter vigilemus oportet ut, expleto unico terrestri nostrae vitae cursu (cf. Hebr. 9, 27), cum Ipso ad nuptias intrare et cum benedictis connumerari mereamur (cf. Matth. 25, 31—46), neque sicut servi mali et pigri (cf. Matth. 25, 26) iubeamur discedere in ignem aeternum (cf. Matth. 25, 41), in tenebras exteriores ubi «erit fletus et stridor dentium» (Matth. 22, 13 et 25, 30). Etenim, antequam cum Christo glorioso regnemus, omnes nos manifestabimur «ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum» (2 Cor. 5, 10) et in fine mundi «procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii» (Io. 5, 29; cf. Matth. 25, 46). Existimantes proinde quod «non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis» (Rom. 8, 18; cf. 2 Tim. 2, 11—12), fortes in fide exspectamus «beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi» (Tit. 2, 13), «qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae» (Phil. 3, 21) et qui veniet «glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt» (2 Thess. 1, 10).

haft Kinder Gottes und sind es (vgl. 1 Jo 3, 1). Wir sind aber noch nicht mit Christus in der Herrlichkeit erschienen (vgl. Kol 3, 4), in der wir Gott ähnlich sein werden, da wir ihn schauen werden, wie er ist (vgl. 1 Jo 3, 2). „Solange wir im Leibe sind, pilgern wir ferne vom Herrn“ (2 Kor 5, 6), und im Besitz der Erstlinge des Geistes seufzen wir in uns (vgl. Röm 8, 23) und wünschen mit Christus zu sein (vgl. Phil 1, 23). Die gleiche Liebe aber drängt uns, ihm mehr zu leben, der für uns gestorben und auferstanden ist (vgl. 2 Kor 5, 15). Wir sind also in allem bestrebt, dem Herrn zu gefallen (vgl. 2 Kor 5, 9) und ziehen die Waffenrüstung Gottes an, um standhalten zu können gegen die Nachstellungen des Teufels und zu widerstehen am bösen Tage (vgl. Eph 6, 11—13). Da wir aber weder Tag noch Stunde wissen, so müssen wir nach der Mahnung des Herrn standhaft wachen, damit wir am Ende unseres einmaligen Erdenlebens (vgl. Hebr 9, 27) mit ihm zur Hochzeit einzutreten und den Gesegneten gezählt zu werden verdienen (vgl. Mt 25, 31—46) und nicht wie böse und faule Knechte (vgl. Mt 25, 26) ins ewige Feuer weichen müssen (vgl. Mt 25, 41), in die Finsternis draußen, wo „Heulen und Zähneknirschen sein wird“ (Mt 22, 13 und 25, 30). Denn bevor wir mit dem verherrlichten Christus herrschen können, werden wir alle erscheinen „vor dem Richterstuhl Christi, damit ein jeder Rechenschaft ablege über das, was er in seinem leiblichen Leben getan hat, Gutes oder Böses“ (2 Kor 5, 10). Am Ende der Welt „werden die, welche Gutes getan haben, hervorgehen zur Auferstehung des Lebens, die aber Böses getan haben, zur Auferstehung des Gerichtes“ (Jo 5, 29; vgl. Mt 25, 46). Wir halten also dafür, daß „die Leiden dieser Zeit nicht zu vergleichen sind mit der künftigen Herrlichkeit, die an uns offenbar werden wird“ (Röm 8, 18; vgl. 2 Tim 2, 11—12), und erwarten tapfer im Glauben „die selige Hoffnung und die Ankunft der Herrlichkeit des großen Gottes und unseres Heilandes, Jesus Christus“ (Tit 2, 13), „der den Leib unseres Niedrigkeitsstandes umgestalten wird zur Gleichgestalt mit dem Leibe seiner Herrlichkeit“ (Phil 3, 21). Er wird kommen, „um verherrlicht zu werden in seinen Heiligen und wunderbar zu werden in allen, die geglaubt haben“ (2 Thess 1, 10).

49. Donec ergo Dominus venerit in maiestate sua et omnes Angeli cum eo (cf. Matth. 25, 31) et, destructa morte, Illi subiecta fuerint omnia (cf. 1 Cor. 15, 26—27), alii e discipulis Eius in terris peregrinantur, alii hac vita functi purificantur, alii vero glorificantur intuentes «clare ipsum Deum trinum

49. Bis also der Herr kommt in seiner Majestät und alle Engel mit ihm (vgl. Mt 25, 31) und nach der Vernichtung des Todes ihm alles unterworfen sein wird (vgl. 1 Kor 15, 26—27), pilgern die einen von seinen Jüngern auf Erden, die andern sind aus diesem Leben geschieden und werden gereinigt, wieder andere sind verherrlicht und schauen „klar

et unum, sicuti est»<sup>147</sup>; omnes tamen, gradu quidem modoque diverso, in eadem Dei et proximi caritate communicamus et eundem hymnum gloriae Deo nostro canimus. Universi enim qui Christi sunt, Spiritum Eius habentes, in unam Ecclesiam coalescunt et invicem cohaerent in Ipso (cf. Eph. 4, 16). Viatorum igitur unio cum fratribus qui in pace Christi dormierunt, minime intermittitur, immo secundum perennem Ecclesiae fidem, spiritualium bonorum communicatione roboratur<sup>148</sup>. Ex eo enim quod caelites intimius cum Christo uniuntur, totam Ecclesiam in sanctitatem firmiter consolidant, cultum, quem ipsa hic in terris Deo exhibet, nobilitant ac multipliciter ad ampliorem eius aedificationem contribuunt (cf. 1 Cor. 12, 12—27)<sup>149</sup>. Nam in patriam recepti et praesentes ad Dominum (cf. 2 Cor. 5, 8), per Ipsum, cum Ipso et in Ipso non desinunt apud Patrem pro nobis intercedere<sup>150</sup>, exhibentes merita quae per unum Mediatorem Dei et hominum, Christum Iesum (cf. 1 Tim. 2, 5) in terris sunt adepti, Domino in omnibus servientes et adimplentes ea quae desunt passionum Christi in carne sua pro Corpore Eius quod est Ecclesia (cf. Col. 1, 24)<sup>151</sup>. Eorum proinde fraternae sollicitudine infirmitas nostra plurimum iuvatur.

50. Hanc communionem totius Iesu Christi Mystici Corporis apprimè agnoscens, Ecclesia viatorum inde a primaevis christianae religionis temporibus, defunctorum memoriam magna cum pietate excoluit<sup>152</sup> et, «quia sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur» (2 Mach. 12, 46), etiam suffragia pro illis obtulit. Apostolos autem et martyres Christi, qui sui sanguinis effusione supremum fidei et caritatis testimonium dederant, in Christo arctius nobis coniunctos esse Ecclesia semper credit, eos simul cum Beata Virgine Maria et

den dreieinen Gott selbst, wie er ist»<sup>147</sup>. Wir alle jedoch haben, wenn auch in verschiedenem Grad und auf verschiedene Weise, Gemeinschaft in derselben Gottes- und Nächstenliebe und singen unserem Gott denselben Lobgesang der Herrlichkeit. Alle nämlich, die Christus zugehören und seinen Geist haben, wachsen zu der einen Kirche zusammen und sind in ihm miteinander verbunden (vgl. Eph 4, 16). Die Einheit der Erdenpilger mit den Brüdern, die im Frieden Christi entschlafen sind, hört keineswegs auf, wird vielmehr nach dem beständigen Glauben der Kirche gestärkt durch die Gemeinschaft geistlicher Güter<sup>148</sup>. Dadurch nämlich, daß die Seligen inniger mit Christus vereint sind, festigen sie die ganze Kirche stärker in der Herrlichkeit, adeln den Kult, den sie auf Erden Gott darbringt, und tragen auf vielfältige Weise zum weiteren Aufbau der Kirche bei (vgl. 1 Kor 12, 12—27)<sup>149</sup>. Denn in die Heimat aufgenommen und dem Herrn gegenwärtig (vgl. 2 Kor 5, 8), hören sie nicht auf, durch ihn, mit ihm und in ihm beim Vater für uns Fürbitte einzulegen<sup>150</sup>. Sie zeigen die Verdienste, die sie durch den einen Mittler zwischen Gott und den Menschen, Christus Jesus (vgl. 1 Tim 2, 5), auf Erden erworben haben, und dienen in allem dem Herrn und ergänzen in ihrem Fleisch, was an dem Leiden Christi für seinen Leib, die Kirche, noch fehlt (vgl. Kol 1, 24)<sup>151</sup>. Durch ihre brüderliche Sorge also findet unsere Schwachheit reichste Hilfe.

50. Aus der tiefen Anerkennung dieser Gemeinschaft des ganzen mystischen Leibes Jesu Christi hat die pilgernde Kirche seit den Anfängen der christlichen Religion das Gedächtnis der Verstorbenen mit großer Ehrfurcht gepflegt<sup>152</sup> und hat auch Fürbitten für sie dargebracht, „weil es ein heiliger und heilsamer Gedanke ist, für die Verstorbenen zu beten, daß sie von ihren Sünden erlöst werden“ (2 Makk 12, 46). Daß aber die Apostel und Martyrer Christi, die durch Vergießen ihres Blutes das höchste Zeugnis des Glaubens und der Liebe gegeben hatten, in besonderer Weise mit uns verbunden

<sup>147</sup> Conc. Florentinum, Decretum pro Graecis: Denz. 693 (1305).

<sup>148</sup> Praeter documenta antiquiora contra quamlibet formam evocationis spirituum inde ab Alexandro IV (27 sept. 1258), cf. Encycl. S. S. C. S. Officii, De magnetismi abusu, 4 aug. 1856: ASS (1865) pp. 177—178; Denz. 1653—1654 (2823—2825); responsionem S. S. C. S. Officii, 24 apr. 1917: AAS 9 (1917) p. 268; Denz. 2182 (3642).

<sup>149</sup> Videatur synthetica expositio huius doctrinae paulinae in: Pius XII, Litt. Encycl. Mystici Corporis: AAS 35 (1943) p. 200 et passim.

<sup>150</sup> Cf., i. a., S. Augustinus, Enarr. in Ps. 85, 24: PL 37, 1099. S. Hieronymus, Liber contra Vigilantium, 6: PL 23, 344. S. Thomas, In 4<sup>m</sup> Sent., d. 45, q. 3, a. 2. S. Bonaventura, In 4<sup>m</sup> Sent., d. 45, a. 3, q. 2; etc.

<sup>151</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. Mystici Corporis: AAS 35 (1943) p. 245.

<sup>152</sup> Cf. Plurimae inscriptiones in Catacumbis romanis.

<sup>147</sup> Konzil v. Florenz, Dekret für die Griechen: Denz. 693 (1305).

<sup>148</sup> Neben den älteren Dokumenten gegen jegliche Form der Geisterbeschwörung seit Alexander IV. (27. Sept. 1258) vgl. Enz. des Heiligen Offiziums, De magnetismi abusu, 4. Aug. 1856: ASS (1865) 177—178; Denz. 1653—1654 (2823—2825); Antwort des Heiligen Offiziums, 24. April 1917: AAS 9 (1917) 268; Denz. 2182 (3642).

<sup>149</sup> Siehe die zusammenfassende Darlegung dieser paulinischen Lehre in: Pius XII, Enz. Mystici Corporis: AAS 35 (1943) 200 und passim.

<sup>150</sup> Vgl. u. a. Augustinus, Enarr. in Ps. 85, 24: PL 37, 1099. Hieronymus, Liber contra Vigilantium, 6: PL 23, 344. Thomas v. Aquin, In 4<sup>m</sup> Sent., d. 45, q. 3, a. 2. Bonaventura, In 4<sup>m</sup> Sent., d. 45, a. 3, q. 2; u. a.

<sup>151</sup> Vgl. Pius XII, Enz. Mystici Corporis: AAS 35 (1943) 245.

<sup>152</sup> Vgl. zahlreiche Inschriften in den römischen Katakomben.



sanctis Angelis peculiari affectu venerata est<sup>153</sup>, eorumque intercessionis auxilium pie imploravit. Quibus mox adnumerati sunt alii quoque qui Christi virginitatem et paupertatem pressius erant imitati<sup>154</sup> et tandem ceteri quos praeclarum virtutum christianarum exercitium<sup>155</sup> ac divina charismata piae fidelium devotioni et imitationi commendabant<sup>156</sup>.

Dum enim illorum conspiciamus vitam qui Christum fideliter sunt secuti, nova ratione ad futuram Civitatem inquirendam (cf. Hebr. 13, 14 et 11, 10) incitatur simulque tutissimam edocemur viam qua inter mundanas varietates, secundum statum ac condicionem unicuique propriam, ad perfectam cum Christo unionem seu sanctitatem pervenire poterimus<sup>157</sup>. In vita eorum qui, humanitatis nostrae consortes, ad imaginem tamen Christi perfectius transformantur (cf. 2 Cor. 3, 18), Deus praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat. In eis Ipse nos alloquitur, signumque nobis praebet Regni sui<sup>158</sup>, ad quod tantam habentes impositam nubem testium (cf. Hebr. 12, 1), talemque contestationem veritatis Evangelii, potenter attrahimur.

Nec tamen solius exempli titulo caelorum memoriam colimus, sed magis adhuc ut totius Ecclesiae unio in Spiritu roboretur per fraternae caritatis exercitium (cf. Eph. 4, 1—6). Nam sicut christiana inter viatores communio propinquius nos ad Christum adducit, ita consortium cum Sanctis nos Christo coniungit, a quo tamquam a Fonte et Capite omnis gratia et ipsius Populi Dei vita promanat<sup>159</sup>. Summopere ergo decet ut hos Iesu Christi amicos et coheredes, fratres quoque nostros et benefactores eximios diligamus, debitas pro ipsis Deo rependamus gratias<sup>160</sup>, «suppliciter eos invocemus et ob benefi-

seien, hat die Kirche immer geglaubt, sie hat sie zugleich mit der seligen Jungfrau Maria und den heiligen Engeln mit besonderer Andacht verehrt<sup>153</sup> und hat ihre fürbittende Hilfe fromm angerufen. Bald wurden ihnen auch andere beigezählt, die Christi Jungfräulichkeit und Armut inniger nachgeahmt haben<sup>154</sup>, und schließlich die übrigen, welche die hervorragende Übung der christlichen Tugenden<sup>155</sup> und die göttlichen Charismen der frommen Andacht und Nachahmung der Gläubigen empfahlen<sup>156</sup>.

Wenn wir nämlich auf das Leben der treuen Nachfolger Christi schauen, erhalten wir neuen Antrieb, die künftige Stadt zu suchen (vgl. Hebr. 13, 14 und 11, 10). Zugleich werden wir einen ganz sicheren Weg gewiesen, wie wir, jeder nach seinem Stand, durch die irdischen Wechselfälle hindurch zur vollkommenen Vereinigung mit Christus, nämlich zur Heiligkeit, kommen können<sup>157</sup>. Im Leben derer, die, zwar Schicksalsgenossen unserer Menschlichkeit, dennoch vollkommener dem Bilde Christi gleichgestaltet werden (vgl. 2 Kor. 3, 18), zeigt Gott den Menschen in lebendiger Weise seine Gegenwart und sein Antlitz. In ihnen redet er selbst zu uns, gibt er uns ein Zeichen seines Reiches<sup>158</sup>, zu dem wir ob dieser großen Wolke von Zeugen (vgl. Hebr. 12, 1) und ob solcher Bezeugung der Wahrheit des Evangeliums mächtig hingezogen werden.

Aber nicht bloß um des Beispiels willen begehen wir das Gedächtnis der Heiligen, sondern mehr noch, damit die Einheit der ganzen Kirche durch die Übung der brüderlichen Liebe im Geiste gestärkt werde (vgl. Eph. 4, 1—6). Denn wie die christliche Gemeinschaft unter den Erdenpilgern uns näher zu Christus bringt, so bindet uns auch die Gemeinschaft mit den Heiligen an Christus. Aus ihm als Quelle und Haupt strömt jegliche Gnade und das Leben des Gottesvolkes selbst<sup>159</sup>. So ziemt es sich also durchaus, diese Freunde und Miterben Christi, unsere Brüder und besonderen Wohltäter, zu lieben, Gott für sie den schuldigen Dank abzustatten<sup>160</sup>, „sie hilfeschend anzurufen und zu ihrem

<sup>153</sup> Cf. Gelasius I, *Decretalis De libris recipiendis*, 3: PL 59, 160; Denz. 165 (353).

<sup>154</sup> Cf. S. Methodius, *Symposion*, VII, 3: GCS (Bonwetsch), p. 74.

<sup>155</sup> Cf. Benedictus XV, *Decretum approbationis virtutum in Causa beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Nepomuceni Neumann*: AAS 14 (1922) p. 23; plures *Allocutiones Pii XI de Sanctis: Inviti all'eroismo. Discorsi . . . t. I—III, Romae 1941—1942, passim*; Pius XII, *Discorsi e Radiomessaggi*, t. 10, 1949, pp. 37—43.

<sup>156</sup> Cf. Pius XII, *Litt. Encycl. Mediator Dei*: AAS 39 (1947) p. 581.

<sup>157</sup> Cf. Hebr. 13, 7; Eccl. 44—50; Hebr. 11, 3—40. Cf. etiam Pius XII, *Litt. Encycl. Mediator Dei*: AAS 39 (1947) pp. 582—583.

<sup>158</sup> Cf. *Conc. Vaticanum I, Const. De fide catholica*, cap. 3: Denz. 1794 (3013).

<sup>159</sup> Cf. Pius XII, *Litt. Encycl. Mystici Corporis*: AAS 35 (1943) p. 216.

<sup>160</sup> *Quoad gratitudinem erga ipsos Sanctos*, cf. E. Diehl, *Inscriptiones Latinae Christianae veteres*, I, Beroloniae, 1925, nn. 2008, 2382 et passim.

<sup>153</sup> Vgl. Gelasius I, *Decretale De libris recipiendis*, 3: PL 59, 160; Denz. 165 (353).

<sup>154</sup> Vgl. Methodius, *Symposion*, VII, 3: GCS (Bonwetsch) 74.

<sup>155</sup> Vgl. Benedikt XV, *Decretum approbationis virtutum in Causa beatificationis et canonizationis Servi Dei Ioannis Nepomuceni Neumann*: AAS 14 (1922) 23. Mehrere Ansprachen Pius' XI über die Heiligen: *Inviti all'eroismo. Discorsi . . . t. I—III, Romae 1941—42, passim*. Pius XII, *Discorsi e Radiomessaggi*, t. 10, 1949, 37—43.

<sup>156</sup> Vgl. Pius XII, *Enz. Mediator Dei*: AAS 39 (1947) 581.

<sup>157</sup> Vgl. Hebr. 13, 7; Sir. 44—50; Hebr. 11, 3—40. Vgl. auch Pius XII, *Enz. Mediator Dei*: AAS 39 (1947) 582—583.

<sup>158</sup> Vgl. *Das I. Vatikan. Konzil, Konst. De fide catholica*, Kap. 3: Denz. 1794 (3013).

<sup>159</sup> Vgl. Pius XII, *Enz. Mystici Corporis*: AAS 35 (1943) 216.

<sup>160</sup> Bezüglich der Dankbarkeit gegenüber den Heiligen vgl. E. Diehl, *Inscriptiones Latinae Christianae veteres*, I, Berlin 1925, Nr. 2008, 2382 u. ö.

cia impetranda a Deo per Filium eius Iesum Christum, Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor et Salvator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugiamus»<sup>161</sup>. Omne enim genuinum amoris testimonium caelitibus a nobis exhibitum, suapte natura tendit ac terminatur ad Christum qui est «corona Sanctorum omnium»<sup>162</sup> et per Ipsum ad Deum qui est mirabilis in Sanctis suis et in ipsis magnificatur<sup>163</sup>.

Nobilissima vero ratione unio nostra cum Ecclesia caelesti actuatur, cum, praesertim in sacra Liturgia, in qua virtus Spiritus Sancti per signa sacramentalia super nos agit, divinae maiestatis laudem socia exultatione concelebramus<sup>164</sup>, et universi, in sanguine Christi ex omni tribu et lingua et populo et natione redempti (cf. Apoc. 5, 9) atque in unam Ecclesiam congregati, uno cantico laudis Deum unum et trinum magnificamus. Eucharisticum ergo sacrificium celebrantes cultui Ecclesiae caelestis vel maxime iungimur communicantes et memoriam venerantes in primis gloriosae semper Virginis Mariae, sed et beati Ioseph et beatorum Apostolorum et Martyrum et omnium Sanctorum<sup>165</sup>.

51. Quam venerabilem maiorum nostrorum fidem circa vitale consortium cum fratribus qui in gloria caelesti sunt vel adhuc post mortem purificantur, magna cum pietate haec Sacrosancta Synodus recipit et decreta Sacrorum Conciliorum Nicaeni II<sup>166</sup>, Florentini<sup>167</sup> et Tridentini<sup>168</sup> rursus proponit. Simul autem pro pastorali sua sollicitudine omnes ad quos spectat hortatur, ut si qui abusus, excessus vel defectus hic illicve irrepserint, eos arcere aut corrigere sagittant ac omnia ad pleniorum Christo et Dei laudem instaurent. Doceant ergo fideles authenticum Sanctorum cultum non tam in actuum exteriorum multiplicitate quam potius in intensitate amoris nostri actuosi consistere, quo, ad maius nostrum et Ecclesiae bonum, Sanctorum quaerimus «et conversatione exemplum et communione consortium, et

Gebet, zu ihrer mächtigen Hilfe Zuflucht zu nehmen, um Wohltaten zu erleben von Gott durch seinen Sohn Jesus Christus, der allein unser Erlöser und Retter ist»<sup>161</sup>. Jedes echte Zeugnis unserer Liebe zu den Heiligen zielt nämlich seiner Natur nach letztlich auf Christus, der „die Krone aller Heiligen“ ist<sup>162</sup>, und durch ihn auf Gott, der wunderbar in seinen Heiligen ist und in ihnen verherrlicht wird<sup>163</sup>.

Auf vornehmste Weise wird aber unsere Einheit mit der himmlischen Kirche verwirklicht, wenn wir, besonders in der heiligen Liturgie, in der die Kraft des Heiligen Geistes durch die sakramentalen Zeichen über uns wirkt, das Lob der göttlichen Majestät in gemeinsamem Jubel feiern<sup>164</sup>. So verherrlichen wir alle, die im Blute Christi aus allen Stämmen, Sprachen, Völkern und Nationen erkaufte (vgl. Apk 5, 9) und in der einen Kirche versammelt sind, in dem einen Lobgesang den einen und dreifaltigen Gott. Bei der Feier des eucharistischen Opfers sind wir also sicherlich am meisten dem Kult der himmlischen Kirche verbunden, da wir uns in verehrendem Gedenken vereinigen vor allem mit der glorreichen immerwährenden Jungfrau Maria, aber auch mit dem heiligen Joseph wie auch den heiligen Aposteln und Blutzeugen und allen Heiligen<sup>165</sup>.

51. Diesen ehrwürdigen Glauben unserer Verfahren an die lebendige Gemeinschaft mit den Brüdern, die in der himmlischen Herrlichkeit sind oder noch nach dem Tode gereinigt werden, übernimmt diese Heilige Synode mit großer Ehrfurcht die Beschlüsse des II. Konzils von Nicaea<sup>166</sup>, der Konzilien von Florenz<sup>167</sup> und von Trient<sup>168</sup>, und legt sie wiederum vor. Zugleich mahnt sie aber in ihrer Hirten-sorge alle, die es angeht, bemüht zu sein, jegliche vielleicht da und dort eingeschlichenen Mißbräuche, Übertreibungen oder Unterlassungen fernzuhalten oder zu beheben. Alles sollen sie erneuern zu vollere Lob Christi und Gottes. Sie mögen also die Gläubigen darüber belehren, daß echte Heiligenverehrung nicht so sehr in der Vielfalt äußerer Akte als vielmehr in der Stärke unserer tätigen Liebe bestehe,

<sup>161</sup> Conc. Tridentinum, Sess. 25, De invocatione... Sanctorum: Denz. 984 (1821).

<sup>162</sup> Breviarium Romanum, Invitatorium in festo Sanctorum Omnium.

<sup>163</sup> Cf. v. g., 2 Thess. 1, 10.

<sup>164</sup> Conc. Vaticanum II, Const. De Sacra Liturgia, cap. 5, n. 104.

<sup>165</sup> Canon Missae Romanae.

<sup>166</sup> Conc. Nicaenum II, Act. VII: Denz. 302 (600).

<sup>167</sup> Conc. Florentinum, Decretum pro Graecis: Denz. 693 (1304).

<sup>168</sup> Conc. Tridentinum, Sess. 25, De invocatione, veneratione et reliquiis Sanctorum et sacris imaginibus: Denz. 984 ad 988 (1821—1824); Sess. 25, Decretum de Purgatorio: Denz. 983 (1820); Sess. 6, Decretum de iustificatione, can. 30: Denz. 840 (1580).

<sup>161</sup> Konzil von Trient, Sess. 25, De invocatione... Sanctorum: Denz. 984 (1821).

<sup>162</sup> Das Römische Brevier, Invitatorium zum Fest Allerheiligen.

<sup>163</sup> Vgl. z. B. 2 Thess 1, 10.

<sup>164</sup> Das II. Vatikan. Konzil, Konst. De Sacra Liturgia, Kap. 5, Nr. 104.

<sup>165</sup> Der Kanon der Römischen Messe.

<sup>166</sup> Das II. Konzil von Nicaea, Act. VII: Denz. 302 (600).

<sup>167</sup> Das Konzil von Florenz, Dekret für die Griechen: Denz. 693 (1304).

<sup>168</sup> Das Konzil von Trient, Sess. 25, De invocatione, veneratione et reliquiis Sanctorum et sacris imaginibus: Denz. 984—988 (1821—1824); Sess. 25, Decretum de Purgatorio: Denz. 983 (1820); Sess. 6, Decretum de iustificatione, can. 30: Denz. 840 (1580).

intercessione subsidium»<sup>169</sup>. Ex altera vero parte instruunt fideles nostram cum caelitibus conversationem, dummodo haec in pleniore fidei luce concipiatur, nequaquam extenuare latreuticum cultum, Deo Patri per Christum in Spiritu tributum, sed illum e contra impensus ditare<sup>170</sup>.

Nam omnes qui filii Dei sumus et unam familiam in Christo constituimus (cf. Hebr. 3, 6), dum in mutua caritate et una sanctissimae Trinitatis laude invicem communicamus, intimae Ecclesiae vocationi correspondemus et consummatae gloriae liturgiam praegustando participamus<sup>171</sup>. Quando enim Christus apparebit et gloriosa mortuorum resurrectio erit, claritas Dei illuminabit caelestem Civitatem et eius lucerna erit Agnus (cf. Apoc. 21, 24). Tunc tota Ecclesia sanctorum in summa caritatis beatitudine adorabit Deum et «Agnus qui occisus est» (Apoc. 5, 12), una voce proclamans: «Sedenti in throno, et Agno: benedictio, et honor, et gloria, et potestas in saecula saeculorum» (Apoc. 5, 13—14).

#### CAPUT VIII

### De Beata Maria Virgine Deipara in mysterio Christi et Ecclesiae

#### I. PROOEMIUM

52. Benignissimus et sapientissimus Deus, mundi redemptionem complere volens «ubi venit plenitudo temporis, misit Filium suum, factum ex muliere, . . . ut adoptionem filiorum reciperemus» (Gal. 4, 4—5). «Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine.»<sup>172</sup> Quod salutis divinum mysterium nobis revelatur et continuatur in Ecclesia, quam Dominus ut corpus suum constituit, et in qua fideles Christo Capiti adhaerentes

durch die wir zum größeren Wohl für uns und die Kirche „im Wandel das Beispiel, in der Gemeinschaft die Teilnahme, in der Fürbitte die Hilfe“ der Heiligen suchen<sup>169</sup>. Andererseits aber sollen sie die Gläubigen unterrichten, daß unser Verkehr mit den Heiligen, sofern im vollen Lichte des Glaubens verstanden, in keiner Weise den Kult der Anbetung abschwächt, der Gott dem Vater durch Christus im Heiligen Geiste dargebracht wird, sondern ihn vielmehr stark bereichert<sup>170</sup>.

Denn wir alle, die wir Kinder Gottes sind und eine Familie in Christus bilden (vgl. Hebr. 3, 6), entsprechen der innersten Berufung der Kirche und bekommen im voraus Anteil an der Liturgie der vollendeten Herrlichkeit<sup>171</sup>, wofern wir in gegenseitiger Liebe und in dem einen Lob der Heiligsten Dreifaltigkeit miteinander Gemeinschaft haben. Wenn nämlich Christus erscheint und die Toten in Herrlichkeit auferstehen, wird der Lichtglanz Gottes die himmlische Stadt erhellen, und ihre Leuchte wird das Lamm sein (vgl. Apk. 21, 24). Dann wird die ganze Kirche der Heiligen in der höchsten Seligkeit der Liebe Gott und das „Lamm, das geschlachtet ist“ (Apk. 5, 12), anbeten und mit einer Stimme rufen: „Dem, der auf dem Thron sitzt, und dem Lamm: Lobpreis und Ehre und Herrlichkeit und Macht in alle Ewigkeit“ (Apk. 5, 13—14).

#### ACHTES KAPITEL

### Die selige jungfräuliche Gottesmutter Maria im Geheimnis Christi und der Kirche

#### I. EINLEITUNG

52. Da der gütigste und weiseste Gott die Erlösung der Welt vollenden wollte, „sandte er, als die Fülle der Zeit gekommen war, seinen Sohn, vom Weibe geboren . . . damit wir die Annahme zu Söhnen empfangen“ (Gal. 4, 4—5). „Er stieg für uns Menschen und um unseres Heils willen vom Himmel herab und ist Fleisch geworden vom Heiligen Geist aus Maria, der Jungfrau.“<sup>172</sup> Dieses göttliche Heilmysterium wird uns offenbart und fortgesetzt in der Kirche. Sie hat der Herr als seinen Leib ge-

<sup>169</sup> Ex Praefatione, aliquibus dioecesibus concessa.

<sup>170</sup> Cf. S. Petrus Canisius, Catechismus Maior seu Summa Doctrinae christianae, cap. III (ed. crit. F. Streicher), Pars I, pp. 15—16, n. 44 et pp. 100—101, n. 49.

<sup>171</sup> Cf. Conc. Vaticanum II, Const. De Sacra Liturgia, cap. 1, n. 8.

<sup>172</sup> Credo in Missa Romana: Symbolum Constantinopolitanum: Mansi 3, 566. Cf. Conc. Ephesinum: ib. 4, 1138 (necnon ib. 2, 665 et 4, 1071); Conc. Chalcedonense: ib. 7, 111—116; Conc. Constantinopolitanum II: ib. 9, 375 ad 396.

<sup>169</sup> Aus der Präfation, die einigen Diözesen gestattet worden ist.

<sup>170</sup> Vgl. Petrus Canisius, Catechismus Maior seu Summa Doctrinae christianae, cap. III (ed. crit. F. Streicher), Pars I, 15—16, n. 44, u. 100—101, n. 49.

<sup>171</sup> Vgl. Das II. Vatikan. Konzil, Konst. De Sacra Liturgia, Kap. 1, Nr. 8.

<sup>172</sup> Das Credo in der Römischen Messe: das Constantinopolitanische Glaubensbekenntnis: Mansi 3, 566. Vgl. das Konzil v. Ephesus: ebd. 4, 1138 (ferner ebd. 2, 665 und 4, 1071); das Konzil v. Chalcedon: ebd. 7, 111—116; das II. Konzil v. Konstantinopel: ebd. 9, 375—396.

atque cum omnibus sanctis Eius communicantes, memoriam etiam venerentur oportet «in primis gloriosae semper Virginis Mariae, Genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi»<sup>173</sup>.

53. Virgo enim Maria, quae Angelo nuntiante Verbum Dei corde et corpore suscepit et Vitam mundo protulit, ut vera Mater Dei ac Redemptoris agnoscitur et honoratur. Intuitu meritorum Filii sui sublimiore modo redempta Eique arcto et indissolubili vinculo unita, hoc summo munere ac dignitate ditatur ut sit Genitrix Dei Filii, ideoque praedilecta filia Patris necnon sacrarium Spiritus Sancti, quo eximiae gratiae dono omnibus aliis creaturis, caelestibus et terrestribus, longe antecellit. Simul autem cum omnibus hominibus salvandis in stirpe Adam invenitur coniuncta, immo «plane mater membrorum (Christi), . . . quia cooperata est caritate ut fideles in Ecclesia nascerentur, quae illius Capitis membra sunt»<sup>174</sup>. Quapropter etiam ut supereminens prorsusque singulare membrum Ecclesiae necnon eius in fide et caritate typus et exemplar spectatissimum salutatur eamque Catholica Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, filialis pietatis affectu tamquam matrem amantissimam prosequitur.

54. Ideo Sacrosancta Synodus, doctrinam de Ecclesia, in qua divinus Redemptor salutem operatur, exponens, illustrare sedulo intendit tum munus Beatae Virginis in mysterio Incarnati Verbi et Corporis Mystici, tum hominum redemptorum officia erga Deiparam, matrem Christi et matrem hominum, maxime fidelium, quin tamen in animo habeat completam de Maria proponere doctrinam, neque quaestiones labore theologorum nondum ad plenam lucem perductas dirimere. Servantur itaque in suo iure sententiae, quae in scholis catholicis libere proponuntur de Illa, quae in Sancta Ecclesia locum occupat post Christum altissimum nobisque maxime propinquum<sup>175</sup>.

gründet, und in ihr müssen die Gläubigen, die Christus, dem Haupt, anhängen und mit allen seinen Heiligen verbunden sind, auch das Gedächtnis „vor allem der glorreichen, allzeit jungfräulichen Mutter unseres Gottes und Herrn Jesus Christus“<sup>173</sup> feiern.

53. Die Jungfrau Maria, die auf die Botschaft des Engels Gottes Wort im Herzen und im Leibe empfing und der Welt das Leben brachte, wird als wahre Mutter Gottes und des Erlösers anerkannt und geehrt. Im Hinblick auf die Verdienste ihres Sohnes auf erhabenerer Weise erlöst und ihm in enger und unauflöslicher Bindung vereint, ist sie mit dieser höchsten Aufgabe und Würde beschenkt, die Mutter des Sohnes Gottes und daher die bevorzugte geliebte Tochter des Vaters und das Heiligtum des Heiligen Geistes zu sein. Durch dieses hervorragende Gnadengeschenk hat sie bei weitem den Vorrang vor allen anderen himmlischen und irdischen Kreaturen. Zugleich aber findet sie sich mit allen erlösungsbedürftigen Menschen in der Nachkommenschaft Adams verbunden, ja „sie ist sogar Mutter der Glieder (Christi), . . . denn sie hat in Liebe mitgewirkt, daß die Gläubigen in der Kirche geboren würden, die dieses Hauptes Glieder sind“<sup>174</sup>. Daher wird sie auch als überragendes und völlig einzigartiges Glied der Kirche wie auch als ihr Typus und klarstes Urbild im Glauben und in der Liebe begrüßt, und die katholische Kirche verehrt sie, vom Heiligen Geist belehrt, in kindlicher Liebe als geliebte Mutter.

54. Daher will die Heilige Synode mit Bedacht im Rahmen der Lehre von der Kirche, in der der göttliche Erlöser das Heil wirkt, sowohl die Aufgabe Mariens im Geheimnis des fleischgewordenen Wortes und seines Mystischen Leibes wie auch die Pflichten der erlösten Menschen gegenüber der Gottesgebälerin, der Mutter Christi und der Mutter der Menschen, vor allem der Gläubigen, beleuchten. Dabei hat sie allerdings nicht im Sinn, eine vollständige Lehre über Maria vorzulegen oder Fragen, die die Theologie noch nicht ins volle Licht hat bringen können, zu entscheiden. Unangetastet bleiben daher die in den katholischen Schulrichtungen frei vorgetragenen Auffassungen über jene, die in der heiligen Kirche nach Christus den höchsten und uns nächsten Platz einnimmt<sup>175</sup>.

<sup>173</sup> Canon Missae Romanae.

<sup>174</sup> S. Augustinus, De S. Virginitate, 6: PL 40, 399.

<sup>175</sup> Cf. Paulus VI, Allocutio in Concilio, 4 dec. 1963: AAS 56 (1964) p. 37.

<sup>173</sup> Der Kanon der Römischen Messe.

<sup>174</sup> Augustinus, De S. Virginitate, 6: PL 40, 399.

<sup>175</sup> Vgl. Paul VI, Anspr. im Konzil, 4. Dez. 1963: AAS 56 (1964) 37.

II. DE MUNERE B. VIRGINIS IN OECONOMIA  
SALUTIS

55. Sacrae Litterae Veteris Novique Testamenti et veneranda Traditio munus Matris Salvatoris in salutis oeconomia modo magis magisque dilucido ostendunt et veluti conspiciendum proponunt. Libri quidem Veteris Testamenti historiam salutis, qua Christi in mundum adventus lento gradu praeparatur, describunt. Quae primaeva documenta, qualiter in Ecclesia leguntur et sub luce ulterioris et plenae revelationis intelliguntur, clarius pedentim in lucem proferunt figuram mulieris, Matris Redemptoris. Ipsa, sub hac luce, iam prophetice adumbratur in promissione, lapsis in peccatum primis parentibus data, de victoria super serpentem (cf. Gen. 3, 15). Similiter haec est Virgo quae concipiet et pariet Filium, cuius nomen vocabitur Emmanuel (cf. Is. 7, 14; cf. Michaea 5, 2—3; Matth. 1, 22—23). Ipsa praecellit inter humiles ac pauperes Domini, qui salutem cum fiducia ab Eo sperant et accipiunt. Cum Ipsa tandem praecelsa Filia Sion, post diurnam expectationem promissionis, complentur tempora et nova instauratur Oeconomia, quando Filius Dei humanam naturam ex ea assumpsit, ut mysteriis carnis suae hominem a peccato liberaret.

56. Voluit autem misericordiarum Pater, ut acceptatio praedestinatae matris incarnationem praecederet, ut sic, quemadmodum femina contulit ad mortem, ita etiam femina conferret ad vitam. Quod praecellentissime valet de Matre Iesu, quae ipsam Vitam, omnia renovantem, mundo effudit, et a Deo donis tanto munere dignis praedita est. Unde nil mirum apud Sanctos Patres usum invaluisse quo Deiparam appellarunt totam sanctam et ab omni peccati labe immunem, quasi a Spiritu Sancto plasmata novamque creaturam formatam<sup>176</sup>. Singularis prorsus sanctitatis splendoribus a primo instante suae conceptionis ditata, Nazarethana Virgo ab Angelo nuntiante, Dei mandato, ut «gratia plena» salutatur (cf. Luc. 1, 28), et caelesti nuntio ipsa respondet: «Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum» (Luc. 1, 38). Ita Maria filia Adam, verbo divino consentiens, facta est Mater Iesu, ac salvifi-

 II. DIE AUFGABE DER SELIGEN JUNGFRAU  
IN DER HEILSÖKONOMIE

55. Die Heilige Schrift des Alten und Neuen Testaments und die verehrungswürdige Überlieferung zeigen die Aufgabe der Mutter des Erlösers in der Heilsökonomie immer klarer und legen sie anschaulich vor. Die Bücher des Alten Testaments beschreiben die Heilsgeschichte, durch die die Ankunft Christi in der Welt in langsamem Voranschreiten vorbereitet wird. Diese ersten Dokumente, so wie sie in der Kirche gelesen und im Licht der weiteren und vollen Offenbarung verstanden werden, bieten Schritt für Schritt deutlicher die Gestalt der Frau dar, der Mutter des Erlösers. Sie ist in diesem Licht schon prophetisch in der Verheißung vom Sieg über die Schlange, die den in die Sünde gefallenen Stammeltern gegeben wurde (vgl. Gn 3, 15), schattenhaft angedeutet. Ähnlich bedeutet sie die Jungfrau, die empfangen und einen Sohn gebären wird, dessen Name Emmanuel heißen wird (vgl. Is 7, 14; vgl. Mich 5, 2—3; Mt 1, 22—23). Sie ragt unter den Demütigen und Armen hervor, die das Heil mit Vertrauen von ihm erhoffen und empfangen. Mit ihr als der erhabenen Tochter Sion ist schließlich nach langer Erwartung der Verheißung die Zeit erfüllt und die neue Heilsökonomie begonnen, als der Sohn Gottes die Menschennatur aus ihr annahm, um durch die Mysterien seines Fleisches den Menschen von der Sünde zu befreien.

56. Der Vater der Erbarmungen wollte aber, daß vor der Menschwerdung die vorherbestimmte Mutter ihr empfangendes Ja sagte, damit auf diese Weise so, wie eine Frau zum Tode beigetragen hat, auch eine Frau zum Leben beitrüge. Das gilt in erhabenster Weise von der Mutter Jesu, die das Leben selbst, das alles erneuert, der Welt geboren hat und von Gott mit den einer solchen Aufgabe entsprechenden Geschenken begabt worden ist. Daher ist es nicht verwunderlich, daß es bei den heiligen Vätern gebräuchlich wurde, die Gottesmutter ganz heilig und von jeder Sündenmakel frei zu nennen, gewissermaßen vom Heiligen Geist gebildet und zu einer neuen Kreatur gemacht<sup>176</sup>. Vom ersten Augenblick ihrer Empfängnis an im Glanz einer einzigartigen Heiligkeit, wird die Jungfrau von Nazareth vom Engel bei der Botschaft auf Gottes Geheiß als „voll der Gnade“ begrüßt (vgl. Lk 1, 28), und sie antwor-

<sup>176</sup> Cf. S. Germanus Const., Hom. in Annunt. Deiparae: PG 98, 328 A; In Dorm. 2: col. 357. Anastasius Antioch., Serm. 2 de Annunt., 2: PG 89, 1377. AB; Serm. 3, 2: col. 1388 C. S. Andreas Cret., Can. in B. V. Nat. 4: PG 97, 1321 B. In B. V. Nat., 1: col. 812 A; Hom. in dorm. 1: col. 1068 C. S. Sophronius, Or. 2 in Annunt., 18: PG 87 (3), 3237 BD.

<sup>176</sup> Vgl. Germanus v. Konstantinopel, Hom. in Annunt. Deiparae: PG 98, 328 A. Ders., In Dorm. 2: PG 98, 357. Anastasius v. Ant., Serm. 2 de Annunt., 2: PG 89, 1377 AB. Ders., Serm. 3, 2: PG 89, 1388 C. Andreas v. Kreta, Can. in B. V. Nat. 4: PG 97, 1321 B. Ders., In B. V. Nat., 1: PG 97, 812 A; Ders., Hom. in dorm. 1: PG 97, 1068 C. Sophronius, Or. 2 in Annunt., 18: PG 87 (3), 3237 BD.

cam voluntatem Dei, pleno corde et nullo retardata peccato, complectens, semetipsam ut Domini ancillam personae et operi Filii sui totaliter devovit, sub Ipso et cum Ipso, omnipotentis Dei gratia, mysterio redemptionis inserviens. Merito igitur SS. Patres Mariam non mere passive a Deo adhibitam, sed libera fide et oboedientia humanae saluti cooperantem censent. Ipsa enim, ut ait S. Irenaeus, «oboediens et sibi et universo generi humano causa facta est salutis»<sup>177</sup>. Unde non pauci Patres antiqui in praedicatione sua cum eo libenter asserunt: «Hevae inoboedientiae nodum solutionem accepisse per oboedientiam Mariae; quod alligavit virgo Heva per incredulitatem, hoc virginem Mariam solvisse per fidem»<sup>178</sup>; et comparatione cum Heva instituta, Mariam «matrem viventium» appellant<sup>179</sup>, saepiusque affirmant: «mors per Hevam, vita per Mariam»<sup>180</sup>.

57. Haec autem Matris cum Filio in opere salutari coniunctio a tempore virginalis conceptionis Christi ad Eius usque mortem manifestatur; in primis quidem cum Maria, exurgens cum festatione ad visitandam Elisabeth, ab ea ob fidem suam in salutem promissam beata salutatur et praecursor in sinu matris exsultavit (cf. Luc. 1, 41—45); in nativitate vero, cum Deipara Filium suum primogenitum, qui virginalis eius integritatem non minuit sed sacra- vit<sup>181</sup>, pastoribus et Magis laetabunda ostendit. Cum autem Eum in templo, dono pauperum oblato, Domino praesentavit, audivit Simeonem simul praenuntiantem Filium futurum contradictionis signum et matris animam gladium pertransiturum, ut revelarentur ex multis cordibus cogitationes (cf. Luc. 2, 34—35). Puerum Iesum deperditum ac cum dolore quaesitum, parentes eius in templo invenerunt in his quae Patris Eius erant occupatum; verbumque Filii non intellexerunt. Mater vero Eius omnia

tet dem Boten des Himmels: „Siehe, ich bin die Magd des Herrn, mir geschehe nach deinem Wort“ (Lk 1, 38). So ist die Adamstochter Maria, dem Wort Gottes zustimmend, Mutter Jesu geworden. Sie umfing den Heilswillen Gottes mit ganzem Herzen und von Sünde unbehindert und gab sich als Magd des Herrn ganz der Person und dem Werk ihres Sohnes hin und diente so unter ihm und mit ihm in der Gnade des allmächtigen Gottes dem Geheimnis der Erlösung. Mit Recht also sind die Heiligen Väter der Meinung, daß Maria nicht rein passiv von Gott benutzt wurde, sondern in freiem Glauben und Gehorsam zum Heil der Menschen mitgewirkt hat. So sagt der heilige Irenäus, daß sie „in ihrem Gehorsam für sich und das ganze Menschengeschlecht Ursache des Heils geworden ist“<sup>177</sup>. Deshalb sagen nicht wenige der alten Väter in ihrer Predigt gern, „daß der Knoten des Ungehorsams der Eva gelöst worden sei durch den Gehorsam Mariens; und was die Jungfrau Eva durch den Unglauben gebunden hat, das habe die Jungfrau Maria durch den Glauben gelöst“<sup>178</sup>; im Vergleich mit Eva nennen sie Maria „die Mutter der Lebendigen“<sup>179</sup>, und öfter betonen sie: „Der Tod kam durch Eva, das Leben durch Maria.“<sup>180</sup>

57. Diese Verbindung der Mutter mit dem Sohn im Heilswerk zeigt sich vom Augenblick der jungfräulichen Empfängnis Christi bis zu seinem Tod; zunächst da Maria, eilends sich aufmachend, um Elisabeth zu besuchen, von dieser wegen ihres Glaubens an das verheißene Heil seliggepriesen wird und der Vorläufer im Mutterschoß aufjubelte (vgl. Lk 1, 41—45); dann als bei der Geburt die Gottesmutter ihren erstgeborenen Sohn, der ihre jungfräuliche Unversehrtheit nicht minderte, sondern heiligte<sup>181</sup>, den Hirten und Magiern in Freuden zeigte. Als sie ihn aber im Tempel unter Darbringung der Gabe der Armen dem Herrn darstellte, hörte sie, wie Simeon gleichzeitig vorherverkündigte, daß der Sohn das Zeichen des Widerspruches sein und die Seele der Mutter das Schwert durchbohren werde, damit die Gedanken aus vielen Herzen offenkundig würden (vgl. Lk 2, 34—35). Als die Eltern den Knaben Jesus verloren und mit

<sup>177</sup> S. Irenaeus, Adv. Haer. III, 22, 4: PG 7, 959 A; Harvey, 2, 123.

<sup>178</sup> S. Irenaeus, ib.: Harvey, 2, 124.

<sup>179</sup> S. Epiphanius, Haer. 78, 18: PG 42, 728 CD—729 AB.

<sup>180</sup> S. Hieronymus, Epist. 22, 21: PL 22, 408. Cf. S. Augustinus, Serm. 51, 2, 3: PL 38, 335; Serm. 232, 2: col. 1108. S. Cyrillus Hieros., Catech. 12, 15: PG 33, 741 AB. S. Io. Chrysostomus, In Ps. 44, 7: PG 55, 193. — S. Io. Damascenus, Hom. 2 in dorm. B. M. V., 3: PG 96, 728.

<sup>181</sup> Cf. Conc. Lateranense anni 649, Can. 3: Mansi 10, 1151. S. Leo M., Epist. ad Flav.: PL 54, 759. Conc. Chalcedonense: Mansi 7, 462. S. Ambrosius, De inst. virg.: PL 16, 320.

<sup>177</sup> Irenäus, Adv. Haer. III, 22, 4: PG 7, 959 A; Harvey, 2, 123.

<sup>178</sup> Irenäus, ebd.: Harvey, 2, 124.

<sup>179</sup> Epiphanius, Haer. 78, 18: PG 42, 728 CD—729 AB.

<sup>180</sup> Hieronymus, Epist. 22, 21: PL 22, 408. Vgl. Augustinus, Serm. 51, 2, 3: PL 38, 335. Ders., Serm. 232, 2: PL 38, 1108. Cyrill v. Jerusalem, Catech. 12, 15: PG 33, 741 AB. Johannes Chrysostomus, In Ps. 44, 7: PG 55, 193. Johannes v. Damaskus, Hom. 2 in dorm. B. M. V., 3: PG 96, 728.

<sup>181</sup> Vgl. Laterankonzil v. J. 649, Can. 3: Mansi 10, 1151. Leo d. Gr., Epist. ad Flav.: PL 54, 759. Das Konzil v. Chalcedon: Mansi 7, 462. Ambrosius, De instit. virg.: PL 16, 320.

haec in corde suo meditabunda conservabat (cf. Luc. 2, 41—51).

58. In vita publica Iesu, Mater Eius signanter apparet, in initio quidem, cum ad nuptias in Cana Galilaeae, misericordia permota, initium signorum Iesu Messiae intercessione sua induxit (cf. Io. 2, 1—11). In decursu praedicationis Eius suscepit verba, quibus Filius, Regnum ultra rationes et vincula carnis et sanguinis extollens, audientes et custodientes verbum Dei, sicut ipsa fideliter faciebat (cf. Luc. 2, 19 et 51), beatos proclamavit (cf. Marc. 3, 35 par., Luc. 11, 27—28). Ita etiam B. Virgo in peregrinatione fidei processit, suamque unionem cum Filio fideliter sustinuit usque ad crucem, ubi non sine divino consilio stetit (cf. Io 19, 25), vehementer cum Unigenito suo condoluit et sacrificio Eius se materno animo sociavit, victimae de se genitae immolationi amanter consentiens; ac demum ab eodem Christo Iesu in cruce moriente uti mater discipulo, hisce verbis data est: Mulier, ecce filius tuus (cf. Io. 19, 26—27)<sup>182</sup>.

59. Cum vero Deo placuerit humanae salutis sacramentum non ante solemniter manifestare quam promissum a Christo Spiritum effunderet, Apostolos videmus ante diem Pentecostes «perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, et Maria Matre Iesu et fratribus Eius» (Act. 1, 14), Mariam quoque precibus suis implorantem donum Spiritus, qui in Annuntiatione ipsam iam obumbraverat. Denique Immaculata Virgo, ab omni originalis culpae labe praeservata immunis<sup>183</sup>, expleto terrestri vitae cursu, corpore et anima ad caelestem gloriam assumpta est<sup>184</sup>, ac tamquam universorum Regina a Domino exaltata, ut plenius conformaretur Filio suo, Domino dominantium (cf. Apoc. 19, 16) ac peccati mortisque victori<sup>185</sup>.

Schmerzen gesucht hatten, fanden sie ihn im Tempel dem hingegeben, was seines Vaters war; sie verstanden aber das Wort des Sohnes nicht. Und seine Mutter bewahrte all dies betrachtend in ihrem Herzen (vgl. Lk 2, 41—51).

58. Im öffentlichen Leben Jesu erscheint seine Mutter an bezeichnenden Stellen, am Anfang, da sie bei der Hochzeit zu Kana in Galiläa in Barmherzigkeit den Anfang der Messiaszeichen Jesu durch ihre Fürbitte veranlaßt hat (vgl. Jo 2, 1—11). Im Verlauf seiner Predigt nahm sie die Worte auf, in denen der Sohn das die Gründe und Bande von Fleisch und Blut übersteigende Reich verkündigte und die seligpreis, die das Wort Gottes hören und bewahren (vgl. Mk 3, 35 und Parall.; Lk 11, 27 bis 28), wie sie selbst es getreulich tat (vgl. Lk 2, 19 und 51). So ging auch die selige Jungfrau den Pilgerweg des Glaubens. Ihre Vereinigung mit dem Sohn hielt sie in Treue bis zum Kreuz, wo sie nicht ohne göttliche Absicht stand (vgl. Jo 19, 25), heftig mit ihrem Eingeborenen litt und sich mit seinem Opfer in mütterlichem Geist verband, indem sie der Hingopferung des Schlachtopfers, das sie geboren hatte, liebevoll zustimmte. Und schließlich wurde sie von Christus Jesus selbst, als er am Kreuz starb, dem Jünger zur Mutter gegeben mit den Worten: „Frau, siehe da dein Sohn“ (vgl. Jo 19, 26—27)<sup>182</sup>.

59. Da es aber Gott gefiel, das Geheimnis des menschlichen Heils nicht eher feierlich zu verkünden, als bis er den verheißenen Heiligen Geist ausgegossen hatte, sehen wir die Apostel vor dem Pfingsttag „einmütig im Gebet verharren mit den Frauen und Maria, der Mutter Jesu, und seinen Brüdern“ (Apg 1, 14) und Maria mit ihren Gebeten die Gabe des Geistes erflehen, der sie schon bei der Verkündigung überschattet hatte. Schließlich wurde die unbefleckte Jungfrau, von jedem Makel der Erbsünde unversehrt bewahrt<sup>183</sup>, nach Vollendung des irdischen Lebenslaufs mit Leib und Seele in die himmlische Herrlichkeit aufgenommen<sup>184</sup> und als Königin des Alls vom Herrn erhöht, um vollkommener ihrem Sohn gleichgestaltet zu sein, dem Herrn der

<sup>182</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Mystici Corporis*, 29 iun. 1943: AAS 35 (1943) pp. 247—248.

<sup>183</sup> Cf. Pius IX, Bulla *Ineffabilis*, 8 dec. 1854: Acta Pii IX, 1, I, p. 616; Denz. 1641 (2803).

<sup>184</sup> Cf. Pius XII, Const. Apost. *Munificentissimus*, 1 nov. 1950: AAS 42 (1950); Denz. 2333 (3903). Cf. S. Io. Damascenus, Enc. in dorm. Dei genitricis, Hom. 2 et 3: PG 96, 721—761, speciatim col. 728 B. S. Germanus Constantinop., In S. Dei gen. dorm. Serm. 1: PG 98 (6), 340—348; Serm. 3: col. 361. S. Modestus Hier., In dorm. SS. Deiparae: PG 86 (2); 3277—3312.

<sup>185</sup> Cf. Pius XII, Litt. Encycl. *Ad caeli Reginam*, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954), pp. 633—636; Denz. 3913 ss. Cf. S. Andreas Cret., Hom. 3 in dorm. SS. Deiparae: PG 97, 1089—1109. S. Io. Damascenus, De fide orth. IV, 14: PG 94, 1153—1161.

<sup>182</sup> Vgl. Pius XII, Enz. *Mystici Corporis*, 29. Juni 1943: AAS 35 (1943) 247—248.

<sup>183</sup> Vgl. Pius IX, Bulle *Ineffabilis*, 8. Dez. 1854: Acta Pii IX, 1, I, 616; Denz. 1641 (2803).

<sup>184</sup> Vgl. Pius XII, Apost. Konst. *Munificentissimus*, 1. Nov. 1950: AAS 42 (1950); Denz. 2333 (3903). Vgl. Johannes v. Damaskus, Enc. in dorm. Dei genitricis, Hom. 2 u. 3: PG 96, 721—761, besonders 728 B. Germanus v. Konstantinopel, In S. Dei gen. dorm. Serm. 1: PG 98 (6), 340 bis 348; Serm. 3: PG 98 (6), 361. Modestus v. Jerusalem, In dorm. SS. Deiparae: PG 86 (2), 3277—3312.

## III. DE BEATA VIRGINE ET ECCLESIA

60. Unicus est Mediator noster secundum verba Apostoli: »Unus enim Deus, unus et Mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus« (1 Tim. 2, 5—6). Mariae autem maternum munus erga homines hanc Christi unicam mediationem nullo modo obscurat nec minuit, sed virtutem eius ostendit. Omnis enim salutaris Beatae Virginis influxus in homines non ex aliqua rei necessitate, sed ex beneplacito divino exoritur et ex superabundantia meritorum Christi profluit, Eius mediationi innititur, ab illa omnino dependet, ex eademque totam virtutem haurit; unionem autem immediatam credentium cum Christo nullo modo impedit sed fovet.

61. Beata Virgo, ab aeterno una cum divini Verbi incarnatione tamquam Mater Dei praedestinata, divinae Providentiae consilio, his in terris existit alma divini Redemptoris Mater, singulariter prae aliis generosa socia, et humilis ancilla Domini. Christum concipiens, generans, alens, in templo Patri sistens, Filioque suo in cruce morienti compatiens, operi Salvatoris singulari prorsus modo cooperata est, oboedientia, fide, spe et flagrante caritate, ad vitam animarum supernaturalem restaurandam. Quam ob causam mater nobis in ordine gratiae existit.

62. Haec autem in gratiae oeconomia maternitas Mariae indesinenter perdurat, inde a consensu quem in Annuntiatione fideliter praebuit, quemque sub cruce incunctanter sustinuit, usque ad perpetuam omnium electorum consummationem. In caelis enim assumpta salutiferum hoc munus non deposuit, sed multiplici intercessione sua pergit in aeternae salutis donis nobis conciliandis<sup>186</sup>. Materna sua caritate de fratribus Filii sui adhuc peregrinantibus necnon in periculis et angustiis versantibus

<sup>186</sup> Cf. Kleutgen, textus reformatus De mysterio Verbi incarnati, cap. IV: Mansi 53, 290. Cf. S. Andreas Cret., In nat. Mariae, sermo 4: PG 97, 865 A. S. Germanus Constantinop., In annunt. Deiparae: PG 98, 321 BC. In dorm. Deiparae, III: col. 361 D. S. Io. Damascenus, In dorm. B. V. Mariae, Hom. 1, 8: PG 96, 712 BC—713 A.

Herren (vgl. Apk 19, 16) und dem Sieger über Sünde und Tod<sup>185</sup>.

## III. DIE SELIGE JUNGFAU UND DIE KIRCHE

60. Ein einziger ist unser Mittler nach dem Wort des Apostels: „Es gibt nämlich nur einen Gott und nur einen Mittler Gottes und der Menschen, den Menschen Christus Jesus, der sich selbst als Erlösung für alle gegeben hat“ (1 Tim 2, 5—6). Mariens mütterliche Aufgabe gegenüber den Menschen aber verdunkelt oder mindert diese einzige Mittlerschaft Christi in keiner Weise, sondern zeigt ihre Wirkkraft. Jeglicher heilsame Einfluß der seligen Jungfrau auf die Menschen kommt nämlich nicht aus irgendeiner sachlichen Notwendigkeit, sondern aus dem Wohlgefallen Gottes und fließt aus dem Überfluß der Verdienste Christi, stützt sich auf seine Mittlerschaft, hängt von ihr vollständig ab und schöpft aus ihr seine ganze Wirkkraft. Die unmittelbare Vereinigung der Glaubenden mit Christus wird dadurch aber in keiner Weise gehindert, sondern vielmehr gefördert.

61. Die selige Jungfrau wurde von Ewigkeit her zugleich mit der Menschwerdung des göttlichen Wortes als Mutter Gottes vorherbestimmt und war nach dem Ratschluß der göttlichen Vorsehung hier auf Erden die erhabene Mutter des Erlösers, in einzigartiger Weise vor anderen seine großmütige Gefährtin und die demütige Magd des Herrn. Indem sie Christus empfing, gebar und nährte, im Tempel dem Vater darstellte und mit ihrem am Kreuz sterbenden Sohn litt, hat sie beim Werk des Erlösers in durchaus einzigartiger Weise in Gehorsam, Glaube, Hoffnung und brennender Liebe mitgewirkt zur Wiederherstellung des übernatürlichen Lebens der Seelen. Deshalb ist sie uns in der Ordnung der Gnade Mutter.

62. Diese Mutterschaft Mariens in der Gnadeneconomie dauert unaufhörlich an, von der Zustimmung an, die sie bei der Verkündigung gläubig gab und unter dem Kreuz ohne Zögern festhielt, bis zur ewigen Vollendung aller Auserwählten. In den Himmel aufgenommen, hat sie diese heilbringende Aufgabe nicht abgelegt, sondern fährt durch ihre vielfältige Fürbitte fort, uns die Gaben des ewigen

<sup>185</sup> Vgl. Pius XII, Enz. Ad caeli Reginam, 11. Okt. 1954: AAS 46 (1954) 633—636; Denz. 3913 ff. Vgl. Andreas v. Kreta, Hom. 3 in dorm. SS. Deiparae: PG 97, 1089—1109. Johannes v. Damaskus, De fide orth., IV, 14: PG 94, 1153 bis 1161.



curat, donec ad felicem patriam perducantur. Propterea B. Virgo in Ecclesia titulis Advocatae, Auxiliatricis, Adiutricis, Mediatricis invocatur<sup>187</sup>. Quod tamen ita intelligitur, ut dignitati et efficacitati Christi unius Mediatoris nihil derogat, nihil superaddat<sup>188</sup>.

Nulla enim creatura cum Verbo incarnato ac Redemptore connumerari umquam potest; sed sicut sacerdotium Christi variis modis tum a ministris tum a fidei populo participatur, et sicut una bonitas Dei in creaturis modis diversis realiter diffunditur, ita etiam unica mediatio Redemptoris non excludit, sed suscitatur variam apud creaturas participatam ex unico fonte cooperationem.

Tale autem munus subordinatum Mariae Ecclesia profiteri non dubitat, iugiter experitur et fidelium cordi commendat, ut hoc materno fulti praesidio Mediatori ac Salvatore intimius adhaereant.

63. Beata autem Virgo divinae maternitatis dono et munere, quo cum Filio Redemptore unitur, suisque singularibus gratiis et muneribus, etiam cum Ecclesia intime coniungitur: Deipara est Ecclesiae typus, ut iam docebat S. Ambrosius, in ordine scilicet fidei, caritatis et perfectae cum Christo unionis<sup>189</sup>. In mysterio enim Ecclesiae, quae et ipsa iure mater vocatur et virgo, Beata Virgo Maria praecessit, eminenter et singulariter tum virginis tum matris exemplar praebens<sup>190</sup>. Credens enim et oboediens, ipsum Filium Patris in terris genuit, et quidem viri nescia, Spiritu Sancto obumbrata, tamquam nova Heva, non serpenti antiquo, sed Dei nuntio praestans fidem, nullo dubio adulteratam. Filium autem peperit, quem Deus posuit primogenitum in multis fratribus (Rom. 8, 29), fidelibus nempe, ad quos gignendos et educandos materno amore cooperatur.

Heils zu erwirken<sup>186</sup>. In ihrer mütterlichen Liebe trägt sie Sorge für die Brüder ihres Sohnes, die noch auf der Pilgerschaft sind und in Gefahren und Bedrängnissen weilen, bis sie zum seligen Vaterland gelangen. Deshalb wird die selige Jungfrau in der Kirche unter dem Titel der Fürsprecherin, der Helferin, des Beistandes und der Mittlerin angerufen<sup>187</sup>. Das aber ist so zu verstehen, daß es der Würde und Wirksamkeit Christi, des einzigen Mittlers, nichts abträgt und nichts hinzufügt<sup>188</sup>.

Keine Kreatur nämlich kann mit dem menschgewordenen Wort und Erlöser jemals in einer Reihe aufgezählt werden. Wie vielmehr am Priestertum Christi in verschiedener Weise einerseits die Amtspriester, andererseits das gläubige Volk teilnehmen, und wie die eine Gutheit Gottes auf die Kreaturen in verschiedener Weise wirklich ausgegossen wird, so schließt auch die Einzigkeit der Mittlerschaft des Erlösers die verschiedenartige, aus einer einzigen Quelle kommende Teilnahme in der Mitwirkung nicht aus, sondern erweckt sie.

Eine solche untergeordnete Aufgabe Mariens zögert die Kirche nicht zu bekennen, erfährt sie auch ständig und legt sie den Gläubigen ans Herz, damit sie unter diesem mütterlichen Schutz dem Mittler und Erlöser innerlicher anhängen.

63. Die selige Jungfrau ist aber durch das Geschenk und die Aufgabe der göttlichen Mutterschaft, durch die sie mit ihrem Sohn und Erlöser vereint ist, und durch ihre einzigartigen Gnadengeschenke auch mit der Kirche auf das innigste verbunden. Die Gottesmutter ist, wie schon der heilige Ambrosius lehrte, der Typus der Kirche unter der Rücksicht des Glaubens, der Liebe und der vollkommenen Einheit mit Christus<sup>189</sup>. Im Geheimnis der Kirche, die ja auch selbst mit Recht Mutter und Jungfrau genannt wird, ist die selige Jungfrau Maria vorangegangen, da sie in hervorragender und einzigartiger Weise das Urbild sowohl der Jungfrau wie der Mutter darstellt<sup>190</sup>.

<sup>186</sup> Vgl. Kleutgen, neugefaßter Text De Mysterio Verbi incarnati, Kap. IV: Mansi 53, 290. Vgl. Andreas v. Kreta, In nat. Mariae, sermo 4: PG 97, 865 A. Germanus v. Konstantinopel, In annunt. Deiparae: PG 98, 321 BC. Ders., In dorm. Deiparae, III: PG 98, 361 D. Johannes v. Damaskus, In dorm. B. V. Mariae, Hom. 1, 8: PG 96, 712 BC bis 713 A.

<sup>187</sup> Vgl. Leo XIII, Enz. Adiutricem populi, 5. Sept. 1895: AAS 15 (1895—96) 303. Pius X, Enz. Ad diem illum, 2. Febr. 1904: Acta, I, p. 154; Denz. 1978 a (3370). Pius XI, Litt. Encycl. Miserentissimus, 8. Maii 1928: AAS 20 (1928) p. 178. Pius XII, Nuntius radioph., 12. Maii 1946: AAS 38 (1946) p. 266.

<sup>188</sup> Ambrosius, Epist. 63: PL 16, 1218.

<sup>189</sup> Ambrosius, Expos. Lc. II, 7: PL 15, 1555.

<sup>190</sup> Vgl. Ps.-Petrus Dam., Sermon. 63: PL 144, 861 AB. Godefrid v. St. Viktor, In nat. B. M., Ms. Paris, Mazarine, 1002, fol. 109r. Gerhoh v. Reich., De gloria et honore Filii hominis, 10: PL 194, 1105 AB.

<sup>187</sup> Cf. Leo XIII, Litt. Encycl. Adiutricem populi, 5. sept. 1895: ASS 15 (1895—96) p. 303. S. Pius X, Litt. Encycl. Ad diem illum, 2. febr. 1904: Acta, I, p. 154; Denz. 1978 a (3370). Pius XI, Litt. Encycl. Miserentissimus, 8. maii 1928: AAS 20 (1928) p. 178. Pius XII, Nuntius radioph., 12. maii 1946: AAS 38 (1946) p. 266.

<sup>188</sup> S. Ambrosius, Epist. 63: PL 16, 1218.

<sup>189</sup> S. Ambrosius, Expos. Lc. II, 7: PL 15, 1555.

<sup>190</sup> Cf. Ps.-Petrus Dam., Sermon. 63: PL 144, 861 AB. Godefridus a S. Victore, In nat. B. M., Ms. Paris, Mazarine, 1002, fol. 109 r. Gerhohus Reich., De gloria et honore Filii hominis, 10: PL 194, 1105 AB.

64. Iamvero Ecclesia, eius arcanam sanctitatem contemplanis et caritatem imitans, voluntatemque Patris fideliter adimplens, per verbum Dei fideliter susceptum et ipsa fit mater: praedicatione enim ac baptismo filios, de Spiritu Sancto conceptos et ex Deo natos, ad vitam novam et immortalem generat. Et ipsa est virgo, quae fidem Sponso datam integre et pure custodit, et imitans Domini sui Matrem, virtute Spiritus Sancti, virginaliter servat integram fidem, solidam spem, sinceram caritatem<sup>191</sup>.

65. Dum autem Ecclesia in Beatissima Virgine ad perfectionem iam pertingit, qua sine macula et ruga existit (cf. Eph. 5, 27), christifideles adhuc nituntur, ut devincentes peccatum in sanctitate crescant; ideoque oculus suos ad Mariam attollunt, quae toti electorum communitati tamquam exemplar virtutum praefulget. Ecclesia de Ea pie recogitans Eamque in lumine Verbi hominis facti contemplanis, in summum incarnationis mysterium venerabunda penitius intrat, Sponsoque suo magis magisque conformatur. Maria enim, quae, in historiam salutis intime ingressa, maxima fidei placita in se quodammodo unit et reverberat, dum praedicatur et colitur, ad Filium suum Eiusque sacrificium atque ad amorem Patris credentes advocat. Ecclesia vero, gloriam Christi prosequens, praecelso suo Typo similior efficitur, continuo progrediens in fide, spe et caritate, ac divinam voluntatem in omnibus quaerens et obsequens. Unde etiam in opere suo apostolico Ecclesia ad Eam merito respicit, quae genuit Christum, ideo de Spiritu Sancto conceptum et de Virgine natum, ut per Ecclesiam in cordibus quoque fidelium nascatur et crescat. Quae Virgo in sua vita exemplum exstitit materni illius affectus, quo cuncti in missione apostolica Ecclesiae

Im Glauben und Gehorsam gebar sie den Sohn des Vaters auf Erden, und zwar ohne einen Mann zu erkennen, vom Heiligen Geist überschattet, als neue Eva, die nicht der alten Schlange, sondern dem Boten Gottes einen von keinem Zweifel verfälschten Glauben schenkte. Sie gebar aber einen Sohn, den Gott gesetzt hat zum Erstgeborenen unter vielen Brüdern (Röm 8, 29), den Gläubigen nämlich, bei deren Geburt und Erziehung sie in mütterlicher Liebe mitwirkt.

64. Nun aber wird die Kirche, indem sie Mariens verborgene Heiligkeit betrachtet und ihre Liebe nachahmt und den Willen des Vaters getreu erfüllt, durch die gläubige Annahme des Wortes Gottes auch selbst Mutter: Durch Predigt und Taufe nämlich gebiert sie die vom Heiligen Geist empfangenen und aus Gott geborenen Kinder zum neuen und unsterblichen Leben. Und sie ist selbst auch Jungfrau, da sie das Treuwort, das sie dem Bräutigam gegeben hat, unversehrt und rein bewahrt und in Nachahmung der Mutter ihres Herrn in der Kraft des Heiligen Geistes jungfräulich einen unversehrten Glauben, eine feste Hoffnung und eine aufrichtige Liebe bewahrt<sup>191</sup>.

65. Während aber die Kirche in der seligsten Jungfrau schon zur Vollkommenheit gelangt ist, in der sie ohne Makel und Runzel ist (vgl. Eph 5, 27), bemühen sich die Christgläubigen noch, die Sünde zu besiegen und in der Heiligkeit zu wachsen. Daher richten sie ihre Augen zur Mutter, die der ganzen Gemeinschaft der Auserwählten als Urbild der Tugenden voranleuchtet. Indem die Kirche über sie fromme Erwägungen anstellt und sie im Licht des menschengewordenen Wortes betrachtet, dringt sie ehrfurchtsvoll in das tiefste Geheimnis der Menschwerdung innerlicher ein und wird ihrem Bräutigam mehr und mehr gleichgestaltet. Denn Maria vereinigt, da sie zuinnerst in die Heilsgeschichte eingegangen ist, gewissermaßen die größten Glaubensgeheimnisse in sich und strahlt sie wider. Daher ruft ihre Verkündigung und Verehrung die Gläubigen zu ihrem Sohn und seinem Opfer und zur Liebe des Vaters auf. Die Kirche aber wird, da sie die Ehre Christi preist, ihrem erhabenen Typus ähnlicher, ständig in Glaube, Hoffnung und Liebe voranschreitend und den Willen Gottes in allem suchend und erfüllend. Daher blickt die Kirche auch in ihrem apostolischen Wirken mit Recht zu ihr auf,

<sup>191</sup> S. Ambrosius, l. c. et Expos. Lc. X, 24—25: PL 15, 1810. S. Augustinus, In Io. Tr. 13, 12: PL 35, 1499. Cf. Sermon. 191, 2, 3: PL 38, 1010; etc. Cf. etiam Ven. Beda, In Lc. Expos. I, cap. 2: PL 92, 330. Isaac de Stella, Sermon. 51: PL 194, 1863 A.

<sup>191</sup> Ambrosius, ebd. und Expos. Lc. X, 24—25: PL 15, 1810. Augustinus, In Io. Tr. 13, 12: PL 35, 1499. Vgl. Sermon. 191, 2, 3: PL 38, 1010; u. a. Vgl. auch Beda Ven., In Lc. Expos. I, Kap. 2: PL 92, 330. Isaac v. Stella, Sermon. 31: PL 194, 1863 A.

cooperantes ad regenerandos homines animentur oportet.

#### IV. DE CULTU BEATAE VIRGINIS IN ECCLESIA

66. Maria, per gratiam Dei post Filium prae omnibus angelis et hominibus exaltata, utpote sanctissima Dei Mater, quae mysteriis Christi interfuit, speciali cultu ab Ecclesia merito honoratur. Et sane ab antiquissimis temporibus Beata Virgo sub titulo «Deiparae» colitur, sub cuius praesidium fideles in cunctis periculis et necessitatibus suis deprecantes confugiunt<sup>192</sup>. Inde praesertim ab Ephesina Synodo cultus Populi Dei erga Mariam mirabiliter crevit in veneratione et dilectione, in invocatione et imitatione, secundum ipsius verba prophetica: «Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens est» (Luc. 1, 48). Qui cultus, prout in Ecclesia semper exstitit, singularis omnino quamquam est, essentialiter differt a cultu adorationis, qui Verbo incarnato aequae ac Patri et Spiritui Sancto exhibetur, eidemque potissimum favet. Variarum enim formarum pietatis erga Dei Genitricem, quas Ecclesia intra limites sanae et orthodoxae doctrinae, pro temporum et locorum conditionibus et pro indole ingenioque fidelium approbavit, id efficiunt ut, dum Mater honoratur, Filius, propter quem omnia (cf. Col. 1, 15—16) et in quo aeterno Patri «complacuit omnem plenitudinem inhabitare» (Col. 1, 19), rite noscatur, ametur, glorificetur, Eiusque mandata serventur.

67. Hanc catholicam doctrinam Sacrosancta Synodus consulto docet, simulque omnes Ecclesiae filios admonet, ut cultum, praesertim liturgicum, erga Beatam Virginem generose foveant, praxes autem et exercitia pietatis erga Eam saeculorum cursu a Magisterio commendata magni faciant et ea quae antea temporibus de cultu imaginum Christi, Beatae Virginis et Sanctorum decreta fuere, reli-

die Christus geboren hat, der dazu vom Heiligen Geist empfangen und von der Jungfrau geboren wurde, daß er durch die Kirche auch in den Herzen der Gläubigen geboren werde und wachse. Diese Jungfrau war in ihrem Leben das Beispiel jener mütterlichen Liebe, von der alle beseelt sein müssen, die in der apostolischen Sendung der Kirche zur Wiedergeburt der Menschen mitwirken.

#### IV. DIE VEREHRUNG DER SELIGEN JUNGFAU IN DER KIRCHE

66. Maria wird, durch Gottes Gnade nach Christus, aber vor allen Engeln und Menschen erhöht, mit Recht, da sie ja die heilige Mutter Gottes ist und bei den Mysterien Christi dabei war, von der Kirche in einem Kult eigener Art geehrt. Schon seit ältester Zeit wird die selige Jungfrau unter dem Titel der „Gottesgebäerin“ verehrt, unter deren Schutz die Gläubigen in allen ihren Gefahren und Nöten bittend Zuflucht nehmen<sup>192</sup>. Vor allem seit der Synode von Ephesus ist die Verehrung des Gottesvolkes gegenüber Maria wunderbar gewachsen in Verehrung und Liebe, in Anrufung und Nachahmung, gemäß ihren eigenen prophetischen Worten: „Selig werden mich preisen alle Geschlechter, da mir Großes getan hat, der da mächtig ist“ (Lk 1, 48). Dieser Kult, wie er immer in der Kirche bestand, ist zwar durchaus einzigartig, unterscheidet sich aber wesentlich vom Kult der Anbetung, der dem menschgewordenen Wort gleich wie dem Vater und dem Heiligen Geist dargebracht wird, und er fördert diesen gar sehr. Die verschiedenen Formen der Verehrung der Gottesmutter, die die Kirche im Rahmen der gesunden und orthodoxen Lehre je nach den Verhältnissen der Zeiten und Orte und nach dem Charakter und der Geistigkeit der Gläubigen anerkannt hat, bewirken, daß in der Ehrung der Mutter der Sohn, um dessentwillen alles ist (vgl. Kol 1, 15—16) und in dem nach Gottes Wohlgefallen alle Fülle wohnt (Kol 1, 19), richtig erkannt, geliebt, verherrlicht wird und seine Gebote beobachtet werden.

67. Diese katholische Lehre trägt die Heilige Synode wohlbedacht vor. Zugleich mahnt sie alle Kinder der Kirche, die Verehrung, vor allem die liturgische, der seligen Jungfrau großmütig zu fördern, die Gebräuche und Übungen der Andacht zu ihr, die im Laufe der Jahrhunderte vom Lehramt empfohlen wurden, hochzuschätzen und das, was in früherer Zeit über die Verehrung der Bilder Christi,

<sup>192</sup> «Sub tuum praesidium».

<sup>192</sup> „Unter deinem Schutz und Schirm“.

giose servant<sup>193</sup>. Theologos autem verbique divini praecones enixe exhortatur, ut aequae ab omni falsa superlacione, quemadmodum et a nimia mentis angustia, in singulari Deiparae dignitate consideranda sedulo abstineant<sup>194</sup>. Studium Sacrae Scripturae, Sanctorum Patrum et Doctorum Ecclesiaeque liturgiarum sub ductu Magisterii excolentes, recte illustrent munera et privilegia Beatae Virginis, quae semper Christum spectant, totius veritatis, sanctitatis et pietatis originem. Sedulo arceant quaecumque sive in dictis sive in factis fratres seiunctos vel alios quoscumque in errorem circa veram Ecclesiae doctrinam inducere possent. Meminerint porro fideles veram devotionem neque in sterili et transitorio affectu, neque in vana quadam credulitate consistere, sed a vera fide procedere, qua ad Dei Genitricis excellentiam agnoscendam adducimur, et ad filialem erga Matrem nostram amorem eiusque virtutum imitationem excitamur.

V. MARIA, SIGNUM CERTAE SPEI  
ET SOLATII PEREGRINANTI POPULO DEI

68. Interim autem Mater Iesu, quemadmodum in caelis corpore et anima iam glorificata, imago et initium est Ecclesiae in futuro saeculo consummandae, ita his in terris, quoadusque advenerit dies Domini (cf. 2 Petr. 3, 10), tamquam signum certae spei et solatii peregrinanti Populo Dei prae-lucet.

69. Sacrosanctae huic Synodo magnum affert gaudium et solatium, etiam inter fratres seiunctos non deesse, qui Matri Domini ac Salvatoris debitum afferunt honorem, speciatim apud Orientales, qui ad cultum Deiparae semper Virginis fervido impulsu ac devoto animo concurrunt<sup>195</sup>. Universi christifideles supplicationes instantes ad Matrem Dei et Matrem hominum effundant, ut Ipsa, quae primitiis Ecclesiae precibus suis adstitit, nunc quoque in caelo

der seligen Jungfrau und der Heiligen festgesetzt wurde, religiös zu beobachten<sup>193</sup>. Die Theologen und die Prediger des Gotteswortes ermahnt sie aber eindringlich, sich ebenso jeder falschen Übertreibung wie zu großer Geistesenge bei der Betrachtung der einzigartigen Würde der Gottesmutter sorgfältig zu enthalten<sup>194</sup>. Unter der Führung des Lehramtes sollen sie in der Pflege des Studiums der Heiligen Schrift, der heiligen Väter und Kirchenlehrer und der kirchlichen Liturgien die Aufgaben und Privilegien der seligen Jungfrau recht beleuchten, die sich immer auf Christus beziehen, den Ursprung aller Wahrheit, Heiligkeit und Frömmigkeit. Sorgfältig sollen sie vermeiden, was in Wort, Schrift oder Tat die getrennten Brüder oder jemand anders bezüglich der wahren Lehre der Kirche in Irrtum führen könnte. Die Gläubigen aber sollen eingedenk sein, daß die wahre Andacht weder in unfruchtbarem und vorübergehendem Affekt noch in irgendwelcher Leichtgläubigkeit besteht, sondern aus dem wahren Glauben hervorgehen muß, durch den wir zur Anerkennung der Erhabenheit der Gottesmutter geführt und zur Kindesliebe gegenüber unserer Mutter und zur Nachahmung ihrer Tugenden angetrieben werden.

V. MARIA ALS ZEICHEN DER SICHEREN  
HOFFNUNG UND DES TROSTES  
FÜR DAS WANDERENDE GOTTESVOLK

68. Wie die Mutter Jesu, im Himmel schon mit Leib und Seele verherrlicht, Bild und Anbeginn der in der kommenden Weltzeit zu vollendenden Kirche ist, so leuchtet sie auch hier auf Erden in der Zwischenzeit bis zur Ankunft des Tages des Herrn (vgl. 2 Petr 3, 10) als Zeichen der sicheren Hoffnung und des Trostes dem wandernden Gottesvolk voran.

69. Dieser Heiligen Synode bereitet es große Freude und Trost, daß auch unter den getrennten Brüdern solche nicht fehlen, die der Mutter des Herrn und Erlösers die gebührende Ehre erweisen, dies besonders unter den Orientalen, die sich zur Verehrung der allzeit jungfräulichen Gottesmutter mit glühendem Eifer und andächtiger Gesinnung vereinen<sup>195</sup>. Alle Christgläubigen mögen inständig zur Mutter Gottes und Mutter der Menschen fle-

<sup>193</sup> Conc. Nicaenum II, anno 787, Mansi 13, 378—379; Denz. 302 (600—601). Conc. Trident., sess. 25: Mansi 33, 171 ad 172.

<sup>194</sup> Cf. Pius XII, Nuntius radioph., 24 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 679. Litt. Encycl. Ad caeli Reginam, 11 oct. 1954: AAS 46 (1954) p. 637.

<sup>195</sup> Cf. Pius XI, Litt. Encycl. Ecclesiam Dei, 12 nov. 1923: AAS 15 (1923) p. 581. Pius XII, Litt. Encycl. Fulgens corona, 8 sept. 1953: AAS 45 (1953) pp. 590—591.

<sup>193</sup> II. Konzil v. Nicaea, v. J. 787: Mansi 13, 378—379; Denz. 302 (600—601). Konzil v. Trient, Sess. 25: Mansi 33, 171 bis 172.

<sup>194</sup> Vgl. Pius XII, Radiobotschaft, 24. Okt. 1954: AAS 46 (1954) 679. Ders., Enz. Ad caeli Reginam, 11. Okt. 1954: AAS 46 (1954) 637.

<sup>195</sup> Vgl. Pius XI, Enz. Ecclesiam Dei, 12. Nov. 1923: AAS 15 (1923) 581. Pius XII, Enz. Fulgens corona, 8. Sept. 1953: AAS 45 (1953) 590—591.

super omnes Beatos et Angelos exaltata, in omnium Sanctorum Communionem apud Filium suum intercedat, donec cunctae familiae populorum, sive quae christiano nomine decorantur, sive quae Salvatorem suum adhuc ignorant, cum pace et concordia in unum Populum Dei feliciter congregentur, ad gloriam Sanctissimae et individuae Trinitatis.

Haec omnia et singula quae in hac Constitutione dogmatica edicta sunt placuerunt Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum,  
die XXI mensis Novembris anno MCMLXIV.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus

Sequuntur Patrum subsignationes.

EX ACTIS Ss. OECUMENICI CONCILII  
VATICANI II

Notificationes

FACTAE AB EXC.MO SECRETARIO GENERALI  
Ss. CONCILII  
IN CONGREGATIONE GENERALI CXXIII  
DIEI XVI NOV. MCMLXIV

Quaesitum est quatenus esse debeat qualificatio theologica doctrinae, quae in Schemate de Ecclesia exponitur et suffragationi subicitur.

Commissio Doctrinalis quaesito responsum dedit, in expendendis Modis spectantibus ad caput tertium Schematis de Ecclesia, hisce verbis:

«Ut de se patet, textus Concilii semper secundum regulas generales, ab omnibus cognitae, interpretandus est.»

Qua occasione Commissio Doctrinalis remittit ad suam Declarationem 6 martii 1964, cuius textum hic transcribimus:

hen, daß sie, die den Anfängen der Kirche mit ihren Gebeten zur Seite stand, auch jetzt, im Himmel über alle Seligen und Engel erhöht, in Gemeinschaft mit allen Heiligen bei ihrem Sohn Fürbitte einlegen möge, bis alle Völkerfamilien, mögen sie den christlichen Ehrennamen tragen oder ihren Erlöser noch nicht kennen, in Friede und Eintracht glückselig zum einen Gottesvolk versammelt werden, zur Ehre der heiligsten und ungeteilten Dreifaltigkeit.

Was in dieser dogmatischen Konstitution im gesamten und im einzelnen ausgesprochen ist, hat die Zustimmung der Väter gefunden. Und Wir, kraft der von Christus Uns übertragenen Apostolischen Vollmacht, billigen, beschließen und verordnen es zusammen mit den Ehrwürdigen Vätern im Heiligen Geiste und gebieten zur Ehre Gottes die Veröffentlichung dessen, was so durch das Konzil verordnet ist.

Rom, bei St. Peter, am 21. November 1964.

Ich PAULUS Bischof der katholischen Kirche

Es folgen die Unterschriften der Väter.

AUS DEN AKTEN  
DES HEILIGEN ÖKUMENISCHEN ZWEITEN  
VATIKANISCHEN KONZILS

BEKANNTMACHUNGEN

DIE DER GENERALSEKRETÄR DES KONZILS  
IN DER 123. GENERALKONGREGATION  
AM 16. NOVEMBER 1964 MITGETEILT HAT

Es ist gefragt worden, welcher theologische Verbindlichkeitsgrad der Lehre zukommt, die im Schema über die Kirche ausgeführt und zur Abstimmung vorgelegt wird.

Die Theologische Kommission hat auf diese Frage bei der Prüfung der Änderungsvorlagen zum dritten Kapitel des Schemas über die Kirche so geantwortet:

„Ein Text des Konzils ist selbstverständlich immer nach den allgemeinen, allseits bekannten Regeln auszulegen.“

Bei dieser Gelegenheit verweist die Theologische Kommission auf ihre Erklärung vom 6. März 1964, deren Wortlaut wir hier wiedergeben:

«Ratione habita moris conciliaris ac praesentis Concilii finis pastoralis, haec S. Synodus ea tantum de rebus fidei vel morum ab Ecclesia tenenda definit, quae ut talia aperte ipsa declaraverit.»

«Cetera autem, quae S. Synodus proponit, utpote Supremi Ecclesiae Magisterii doctrinam, omnes ac singuli christifideles excipere et amplecti debent iuxta ipsius S. Synodi mentem, quae sive ex subiecta materia sive ex dicendi ratione innotescit, secundum normas theologicae interpretationis.»

\* \* \*

Superiore dein Auctoritate communicatur Patribus nota explicativa praevia ad Modos circa caput tertium Schematis de Ecclesia, ad cuius notae mentem atque sententiam explicari et intelligi debet doctrina in eodem capite tertio exposita.

#### Nota explicativa praevia

«Commissio statuit expansioni Modorum sequentes observationes generales praemittere.

1. Collegium non intelligitur sensu stricte iuridico, scilicet de coetu aequalium, qui potestatem suam praesidi suo demandarent, sed de coetu stabili, cuius structura et auctoritas ex Revelatione deduci debent. Quapropter in Responsione ad Modum 12 explicite de Duodecim dicitur quod Dominus eos constituit «ad modum collegii seu coetus stabilis». Cf. etiam Mod. 53, c. — Ob eandem rationem, de Collegio Episcoporum passim etiam adhibentur vocabula Ordo vel Corpus. Parallelismus inter Petrum ceterosque Apostolos ex una parte, et Summum Pontificem et Episcopos ex altera parte, non implicat transmissionem potestatis extraordinariae Apostolorum ad successores eorum, neque, uti patet, aequalitatem inter Caput et membra Collegii, sed solam proportionalitatem inter primam relationem (Petrus—Apostoli) et alteram (Papa—Episcopi). Unde Commissio statuit scribere in n. 22: non eadem sed pari ratione. Cf. Modum 57.

„Unter Berücksichtigung der Konzilsgepflogenheit und der seelsorglichen Zielsetzung des gegenwärtigen Konzils definiert das Konzil nur das für die Kirche verbindliche Glaubens- und Sittenlehre, was es selbst deutlich als solche erklärt.

Was aber das Konzil sonst vorlegt, muß als Lehre des obersten kirchlichen Lehramtes von allen und den einzelnen Christgläubigen nach der Meinung des Konzils selbst aufgenommen und festgehalten werden, wie sie nach den Grundsätzen der theologischen Interpretation aus dem behandelten Gegenstand oder aus der Art der Formulierung zu erkennen ist.“

\* \* \*

Seitens der höheren Autorität wird den Vätern eine erläuternde Vorbemerkung zu den Änderungsvorlagen der dritten Kapitels des Kirchenschemas mitgeteilt. Im Sinne und nach der Deutung dieser Vorbemerkung muß die in dem Kapitel dargelegte Lehre erklärt und verstanden werden.

#### Erläuternde Vorbemerkung

„Die Kommission hat beschlossen, der Bearbeitung der Änderungsvorlagen folgende allgemeinen Hinweise vorzuschicken:

1. Kollegium ist nicht im streng juristischen Sinne zu verstehen als ein Personenkreis von Gleichrangigen, die etwa ihre Gewalt ihrem Vorsitzenden übertragen, sondern als feststehender Personenkreis, dessen Aufbau und Autorität aus der Offenbarung abzuleiten sind. Darum wird in der Antwort auf die Änderungsvorlage 12 ausdrücklich von den Zwölfen gesagt, daß der Herr sie bestellt hat „nach Art eines Kollegiums oder eines feststehenden Personenkreises“. Vgl. auch Änderungsvorlage 53c. — Aus dem gleichen Grunde werden verschiedentlich auf das Bischofskollegium auch die Ausdrücke Ordo oder Corpus angewandt. Der Parallelismus zwischen Petrus und den übrigen Aposteln auf der einen Seite und Papst und Bischöfen auf der anderen schließt nicht die Übertragung der außerordentlichen Vollmacht der Apostel auf ihre Nachfolger und selbstverständlich auch nicht eine Gleichheit zwischen Haupt und Gliedern des Kollegiums ein, sondern nur eine Verhältnisgleichheit zwischen der ersten Beziehung (Petrus—Apostel) und der zweiten (Papst—Bischöfe). Daher hat die Kommission beschlossen, in Nr. 22 nicht in demselben Sinne, sondern im gleichen Sinne zu schreiben. Vgl. Änderungsvorlage 57.

2. Aliquis fit membrum Collegii vi consecrationis episcopalis et communione hierarchica cum Collegii Capite atque membris. Cf. n. 22, § 1, in fine.

In consecratione datur ontologica participatio sacrorum munerum, ut indubie constat ex Traditione, etiam liturgica. Consulto adhibetur vocabulum munerum, non vero potestatum, quia haec ultima vox de potestate ad actum expedita intelligi posset. Ut vero talis expedita potestas habeatur, accedere debet canonica seu iuridica determinatio per auctoritatem hierarchicam. Quae determinatio potestatis consistere potest in concessione particularis officii vel in assignatione subditorum, et datur iuxta normas a suprema auctoritate adprobatas. Huiusmodi ulterior norma ex natura rei requiritur, quia agitur de muneribus quae a pluribus subiectis, hierarchice ex voluntate Christi cooperantibus, exerceri debent. Evidens est quod haec «communio» in vita Ecclesiae, secundum adiuncta temporum, applicata est, priusquam in iure velut codificata fuerit.

Quapropter signanter dicitur, requiri hierarchicam communionem cum Ecclesiae Capite atque membris. Communio est notio quae in antiqua Ecclesia (sicut etiam hodie praesertim in Oriente) in magno honore habetur. Non intelligitur autem de vago quodam affectu, sed de realitate organica, quae iuridicam formam exigit et simul caritate animatur. Unde Commissio, fere unanimi consensu, scribendum esse statuit: «in hierarchica communionem». Cf. Modum 40 et etiam illa quae dicuntur de missione canonica, sub. n. 24.

Documenta recentiorum Summorum Pontificum circa iurisdictionem Episcoporum interpretanda sunt de hac necessaria determinatione potestatum.

3. Collegium, quod sine Capite non datur, dicitur: «subiectum quoque supremae ac plenae potestatis in universam Ecclesiam existere». Quod necessario admittendum est, ne plenitudo potestatis Romani Pontificis in discrimen ponatur. Collegium enim necessario et semper Caput suum cointelligit, quod in Collegio integrum

2. Mitglied des Kollegiums wird man kraft der Bischofsweihe und durch die hierarchische Communio mit Haupt und Gliedern des Kollegiums. Vgl. Nr. 22, Absatz 1, am Schluß.

In der Weihe wird die seinsmäßige Teilnahme an den heiligen Ämtern verliehen, wie unbestreitbar aus der Überlieferung, auch der liturgischen, feststeht. Mit Bedacht ist der Ausdruck Ämter (munera) verwendet und nicht Vollmachten (potestates), weil das letztgenannte Wort von der zur Betätigung fähigen Vollmacht verstanden werden könnte. Damit aber eine solche zur Betätigung fähige Vollmacht vorhanden sei, muß noch die kanonische, das heißt rechtliche Einweisung (determinatio) durch die hierarchische Obrigkeit hinzukommen. Diese Vollmachtseinweisung (determinatio) kann bestehen in der Übertragung einer besonderen Dienstobliegenheit oder in der Zuweisung von Untergebenen, und sie wird erteilt nach den von der höchsten Obrigkeit genehmigten Richtlinien. Eine derartige weitere Norm ist aus der Natur der Sache gefordert, weil es sich um Ämter handelt, die von mehreren nach Christi Willen hierarchisch zusammenwirkenden Trägern ausgeübt werden müssen. Offenkundig ist diese „Communio“ im Leben der Kirche den Zeitumständen gemäß schon beobachtet worden, bevor sie im Recht sozusagen kodifiziert worden ist.

Darum sagt man bezeichnenderweise, es sei eine hierarchische Communio mit Haupt und Gliedern der Kirche erfordert. Communio ist ein Begriff, der in der alten Kirche (wie noch heute vor allem im Osten) hoch in Ehren steht. Man versteht darunter nicht irgendein unbestimmtes Gefühl, sondern eine organische Wirklichkeit, die eine rechtliche Gestalt verlangt und zugleich von der Liebe beseelt ist. Daher hat die Kommission mit fast einhelliger Zustimmung zu formulieren beschlossen: „in hierarchischer Communio“. Vgl. Änderungsvorlage 40 sowie auch die Aussagen über die Missio canonica unter Nr. 24.

Die päpstlichen Dokumente aus jüngerer Zeit über die Jurisdiktion der Bischöfe sind von dieser notwendigen Vollmachtseinweisung her zu interpretieren.

3. Von dem Kollegium, das es ohne Haupt nicht gibt, wird gesagt: „Es ist ebenfalls Träger der höchsten und vollen Gewalt über die ganze Kirche.“ Das anzunehmen ist notwendig, damit die Vollgewalt des Römischen Papstes nicht in Frage gestellt wird. Denn bei dem Kollegium wird sein Haupt immer und notwendigerweise mitverstan-

servat suum munus Vicarii Christi et Pastoris Ecclesiae universalis. A. v. distinctio non est inter Romanum Pontificem et Episcopos collective sumptos, sed inter Romanum Pontificem seorsim et Romanum Pontificem simul cum Episcopis. Quia vero Summus Pontifex est Caput Collegii, ipse solus quosdam actus facere potest, qui Episcopis nullo modo competunt, v. gr. Collegium convocare et dirigere, normas actionis approbare, etc. Cf. Modum 81. Ad iudicium Summi Pontificis, cui cura totius gregis Christi commissa est, spectat, secundum necessitates Ecclesiae decursu temporum variantes, determinare modum quo haec cura actuari conveniat, sive modo personali, sive modo collegiali. Romanus Pontifex ad collegiale exercitium ordinandum, promovendum, approbandum, intuitu boni Ecclesiae, secundum propriam discretionem procedit.

4. Summus Pontifex, utpote Pastor Supremus Ecclesiae, suam potestatem omni tempore ad placitum exercere potest, sicut ab ipso suo munere requiritur. Collegium vero, licet semper existat, non propterea permanenter actione stricte collegiali agit, sicut ex Traditione Ecclesiae constat. A. v. non semper est «in actu pleno», immo nonnisi per intervalla actu stricte collegiali agit et nonnisi consentiente Capite. Dicitur autem «consentiente Capite», ne cogitetur de dependentia velut ab aliquo extraneo; terminus «consentiens» evocat e contra communionem inter Caput et membra, et implicat necessitatem actus qui Capiti proprie competit. Res affirmatur explicite in n. 22, § 2 et explicatur ibid., in fine. Formula negativa «nonnisi» omnes casus comprehendit: unde evidens est quod norma e a suprema Auctoritate approbatae semper observari debent. Cf. Modum 84.

In omnibus autem apparet quod agitur de conjunctione Episcoporum cum Capite suo, numquam vero de actione Episcoporum independenter a Papa. In quo casu, deficiente actione Capitis, Episcopi agere ut Collegium nequeunt, sicut ex notione «Collegii» patet. Haec hierarchica communio

den, das in dem Kollegium sein Amt als Statthalter Christi und Hirt der Gesamtkirche unverkürzt bewahrt. Mit anderen Worten: Die Unterscheidung waltet nicht zwischen dem Römischen Papst einerseits und den Bischöfen zusammengenommen andererseits, sondern zwischen dem Römischen Papst für sich und dem Römischen Papst vereint mit den Bischöfen. Da aber der Papst das Haupt des Kollegiums ist, kann er allein manche Handlungen vollziehen, die den Bischöfen in keiner Weise zustehen, z. B. das Kollegium einberufen und leiten, die Richtlinien für das Verfahren approbieren usw. Vgl. Änderungsvorlage 81. Dem Urteil des Papstes, dem die Sorge für die ganze Herde Christi anvertraut ist, unterliegt es, je nach den im Laufe der Zeit wechselnden Erfordernissen der Kirche die Weise festzulegen, wie diese Sorge tunlich ins Werk gesetzt wird, sei es persönlich, sei es kollegial. Der Römische Papst geht bei der Leitung, Förderung und Billigung der kollegialen Betätigung in Ausrichtung auf das Wohl der Kirche nach eigenem Urteil vor.

4. Der Papst als höchster Hirte der Kirche kann seine Vollmacht jederzeit nach Gutdünken ausüben, wie es von seinem Amt her gefordert wird. Das Kollegium aber handelt, wenn es auch immer besteht, darum nicht auch schon beständig in streng kollegialem Akt, wie die Überlieferung der Kirche beweist. Mit anderen Worten: Das Kollegium ist nicht immer „in voller Tätigkeit“, vielmehr handelt es nur von Zeit zu Zeit in streng kollegialem Akt und nicht ohne Zustimmung des Hauptes. Es heißt aber „nicht ohne Zustimmung des Hauptes“, damit man nicht an eine Abhängigkeit wie von einem Außenstehenden denke. Der Ausdruck „Zustimmung“ erinnert im Gegenteil an die Communio zwischen Haupt und Gliedern und schließt die Notwendigkeit des Aktes, der dem Haupt als solchem zusteht, mit ein. Die Sache wird ausdrücklich ausgesprochen in Nr. 22, Absatz 2, und wird erklärt ebd., gegen Ende. Die negative Formulierung mit „nicht ohne“ umfaßt alle Fälle; so ist deutlich, daß die von der höchsten Autorität genehmigten Richtlinien immer zu beobachten sind. Vgl. Änderungsvorlage 84.

Im ganzen aber wird ersichtlich, daß es sich um die Verbundenheit der Bischöfe mit ihrem Haupt handelt, niemals jedoch um die Betätigung der Bischöfe unabhängig vom Papst. In diesem Falle, wenn die Tätigkeit des Hauptes ausfällt, können die Bischöfe als Kollegium nicht handeln, wie aus dem Begriff „Kollegium“ hervor-



omnium Episcoporum cum Summo Pontifice in Traditione certe solemnitas est.

N. B. Sine communione hierarchica munus sacramentale-ontologicum, quod distinguendum est ab aspectu canonico-iuridico, exerceri non potest. Commissio autem censuit non inrandum esse in quaestiones de liceitate et validitate, quae relinquuntur disceptationi theologorum, in specie quod attinet ad potestatem quae de facto apud Orientales seiunctos exercetur, et de cuius explicatione variae exstant sententiae.»

geht. Diese hierarchische Communio aller Bischöfe mit dem Papst ist in der Tradition fest verwurzelt.

N. B. Ohne die hierarchische Communio kann das sakramental seinsmäßige Amt, das von dem kanonisch-rechtlichen Gesichtspunkt zu unterscheiden ist, nicht ausgeübt werden. Die Kommission war aber der Auffassung, daß sie auf die Fragen der Erlaubtheit und Gültigkeit nicht eingehen sollte, die der theologischen Forschung überlassen bleiben. Insbesondere gilt das von der Vollmacht, die tatsächlich bei den getrennten Orientalen ausgeübt wird und über deren Erklärung verschiedene Lehrmeinungen bestehen.“

† PERICLES FELICI

Archiepiscopus tit. Samosatensis  
Ss. Oecumenici Concilii Vaticani II  
Secretarius Generalis

† PERICLES FELICI

Titularerzbischof von Samosata  
Generalsekretär  
des Heiligen Ökumenischen  
II. Vatikanischen Konzils

## DECRETUM DE ECCLESIIS ORIENTALIBUS CATHOLICIS

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI  
UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

PROOEMIUM

1. Orientalium Ecclesiarum instituta, ritus liturgicos, traditiones ecclesiasticas atque vitae christiana disciplinae Ecclesia catholica magni facit. In eis enim, utpote veneranda antiquitate praeclaris, elucet ea quae ab Apostolis per Patres est traditio<sup>1</sup>, quaeque partem constituit divinitus revelati atque indivisi universae Ecclesiae patrimonii. Ecclesiarum igitur Orientalium, quae huius traditionis testes sunt vivi, sollicitudinem gerens, haec Sancta et Oecumenica Synodus cupiens ut eadem floreat et novo robore apostolico concreditum sibi munus absolvent, praeter ea quae ad universam spectant Ecclesiam, capita quaedam statuere decrevit, ceteris ad providentiam Synodorum orientalium nec non Sedis Apostolicae remissis.

DE ECCLESIIS PATRICULARIBUS SEU RITIBUS

2. Sancta et catholica Ecclesia, quae est Corpus Christi Mysticum, constat ex fidelibus, qui eadem fide, iisdem sacramentis et eodem regimine in Spiritu Sancto organice uniuntur, quique in varios coetus hierarchia iunctos coalescentes, particulares Ecclesias seu ritus constituunt. Inter eas mirabilis viget communitio, ita ut varietas in Ecclesia nedum eiusdem noceat unitati, eam potius declaret; Ecclesiae enim catholicae hoc propositum est, ut salvae et integrae maneant uniuscuique particularis Ecclesiae seu ritus traditiones, eademque pariter vult suam vitae rationem aptare variis temporum locorumque necessitatibus<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Leo XIII, Litt. Ap. Orientalium dignitas, 30 nov. 1894, in Leonis XIII Acta, vol. XIV, pp. 201—202.

<sup>2</sup> S. Leo IX, Litt. In terra pax, a. 1053: «Ut enim»; Innocentius III, Synodus Lateranensis IV, a. 1215, cap. IV: «Licet Graecos»; Litt. Inter quatuor, 2 aug. 1206: «Postulasti postmodum»; Innocentius IV, Ep. Cum de cetero, 27 aug. 1247; Ep. Sub catholicae, 6 mart. 1254, prooem.; Nicolaus III, Instructio Istud est memoriale, 9 oct. 1278; Leo X, Litt. Ap. Accepimus nuper, 18 maii 1521; Paulus III, Litt. Ap. Dudum, 23 dec. 1534; Pius IV, Const. Romanus Pontifex, 16 febr. 1564, § 5; Clemens VIII, Const. Magnus Dominus, 23 dec. 1595, § 10; Paulus V,

## DEKRET ÜBER DIE KATHOLISCHEN OSTKIRCHEN

PAULUS BISCHOF

DIENER DER DIENER GOTTES  
ZUSAMMEN MIT DEN VÄTERN DES  
HEILIGEN KONZILS  
ZUR FORTWÄHRENDEN ERINNERUNG

VORWORT

1. Die Ostkirchen mit ihren Einrichtungen und liturgischen Bräuchen, ihren Überlieferungen und ihrer christlichen Lebensordnung sind in der katholischen Kirche hochgeschätzt. In diesen Werten von ehrwürdigem Alter leuchtet ja eine Überlieferung auf, die über die Kirchenväter bis zu den Aposteln zurückreicht. Sie bildet ein Stück des von Gott gegebenen und ungeteilten Erbgutes der Gesamtkirche<sup>1</sup>. Für diese Überlieferung sind die Ostkirchen lebendige Zeugen. Dem Heiligen Ökumenischen Konzil liegt daher die Sorge für die Ostkirchen sehr am Herzen. Es wünscht, daß diese Kirchen neu erblühen und mit frischer apostolischer Kraft die ihnen anvertraute Aufgabe meistern. Darum hat es neben den die Gesamtkirche betreffenden Anordnungen auch über sie einige Beschlüsse gefaßt. Indes überläßt es weitere Entscheidungen der Obsorge der orientalischen Synoden und des Apostolischen Stuhles.

DIE TEILKIRCHEN ODER RITEN

2. Die heilige katholische Kirche ist der mystische Leib Christi und besteht aus den Gläubigen, die durch denselben Glauben, dieselben Sakramente und dieselbe oberhirtliche Führung im Heiligen Geist organisch geeint sind. Durch ihre Hierarchie zu verschiedenen Gemeinschaften zusammengeschlossen, bilden sie „Teilkirchen“ oder „Riten“. Unter diesen herrscht eine wunderbare Verbundenheit, so daß ihre Vielfalt in der Kirche keinesfalls der Einheit Abbruch tut, sondern im Gegenteil diese Einheit deutlich aufzeigt. Das ist nämlich das Ziel der katholischen Kirche: daß die Überlieferungen jeder einzelnen Teilkirche oder eines jeden Ritus unverletzt erhalten bleiben; zugleich soll sich der Lebensstil dieser Kirchen den verschiedenen zeitlichen und örtlichen Notwendigkeiten anpassen<sup>2</sup>.

<sup>1</sup> Leo XIII, Litt. Ap. Orientalium dignitas (30. Nov. 1894), in: Leonis XIII Acta, Bd. XIV, S. 201 f.

<sup>2</sup> Leo IX, Brief In terra pax (1053): „Ut enim“; Innozenz III, IV. Lat. Konzil (1215), 4. Kap.: „Licet Graecos“; Brief Inter quatuor (2. Aug. 1206): „Postulasti postmodum“; Innozenz IV, Brief Cum de cetero (27. Aug. 1247); Brief Sub catholicae (6. März 1254), Vorwort; Nikolaus III, Instructio Istud est memoriale (9. Okt. 1278); Leo X, Litt.

3. Huiusmodi particulares Ecclesiae, tum Orientis tum Occidentis, licet ritibus, ut aiunt, nempe liturgia, ecclesiastica disciplina et patrimonio spirituali partim in se differant, aequali tamen modo conceduntur pastoralis gubernio Romani Pontificis, qui Beato Petro in primatu super universam Ecclesiam divinitus succedit. Eadem proinde pari pollent dignitate, ita ut nulla earum ceteris praestet ratione ritus, atque iisdem fruuntur iuribus et tenentur obligationibus, etiam quod attinet ad Evangelium praedicandum in universum mundum (cf. Mc. 16, 15), sub moderamine Romani Pontificis.

4. Provideatur igitur ubique terrarum tuitio atque incremento omnium Ecclesiarum particularium ac propterea constituentur paroeciae atque propria hierarchia, ubi id postulat bonum spirituale fidelium. Hierarchiae vero variarum Ecclesiarum particularium in eodem territorio iurisdictionem obtinentes, curent, collatis consiliis in periodicis conventibus, unitatem actionis fovere, et, viribus unitis, communia adiuvere opera, ad bonum religionis expeditius promovendum et cleri disciplinam efficacius tuendam<sup>3</sup>. Clerici omnes et ascendentes ad ordines sacros bene instruantur de ritibus et praesertim de normis practicis in materiis interritualibus, imo et laici in institutione catechetica de ritibus eorumque normis doceantur. Omnes denique et singuli catholici, necnon baptizati cuiusvis Ecclesiae vel communitatis acatholicae ad plenitudinem communionis catholicae convenientes, proprium ubique terrarum retineant ritum eumque colant et pro viribus observent<sup>4</sup>; salvo iure recurrendi ad Sedem Apostolicam in casibus peculiaribus personarum, communitatum, vel regionum, quae, uti suprema relationum interecclesialium arbitra, providebit necessitatibus in spiritu oecumenico, ipsa vel per alias auctoritates, datis opportunis normis, decretis vel rescriptis.

3. Diese Teilkirchen — seien es die östlichen oder westlichen — unterscheiden sich in gewissem Grade durch ihre sogenannten Riten, d. h. durch ihre Liturgie, ihr kirchliches Recht und ihr geistiges Erbgut; aber alle sind sie in gleicher Weise der Hirtenführung des römischen Papstes anvertraut, der nach göttlichem Recht dem hl. Petrus im Primat über die ganze Kirche nachfolgt. Alle nehmen sie daher die gleiche Würde ein, so daß auf Grund ihres Ritus keine von ihnen einen Vorrang vor den anderen hat. Alle genießen dieselben Rechte und haben dieselben Verpflichtungen, auch bezüglich der unter Oberleitung des römischen Papstes auszuübenden Verkündigung des Evangeliums an die ganze Welt (vgl. Mk 16, 15).

4. Auf der ganzen Welt soll daher für die Erhaltung und das Wachstum aller Teilkirchen gesorgt werden. Daher sollen eigene Pfarreien und eine eigene Hierarchie errichtet werden, wo immer das geistige Wohl der Gläubigen dies fordert. Doch sollen die Hierarchen der verschiedenen Teilkirchen, die im selben Gebiet ihre Oberhirtengewalt ausüben, durch regelmäßige gemeinsame Beratungen dafür sorgen, daß die Einheitlichkeit des Handelns gefördert wird und daß mit vereinten Kräften gemeinsame Unternehmungen zum Segen der Religion und zum wirksameren Schutz der Ordnung innerhalb der Geistlichkeit verwirklicht werden<sup>3</sup>. Alle Geistlichen und alle, die zu den heiligen Weihen aufsteigen, sollen gründlich über die Riten unterrichtet werden und vor allem über die praktischen Regeln für die Beziehungen der einzelnen Riten zueinander. Auch die Laien sollen in der Glaubensunterweisung über die verschiedenen Riten und ihre Bestimmungen belehrt werden. Endlich soll jeder Katholik wie auch jeder in irgendeiner nichtkatholischen Kirche oder Gemeinschaft Getaufte, der zur vollen katholischen Einheit kommt, auf der ganzen Welt seinen eigenen Ritus pflegen und nach besten Kräften bewahren<sup>4</sup>. Dabei bleibt in Sonderfällen einzelner Personen, einzelner Gemeinschaften oder einzelner Gebiete das Recht des Rekurses an den Apostolischen Stuhl gewahrt. Die-

Const. Solet circumspecta, 10 dec. 1615, § 3; Benedictus XIV, Ep. Enc. Demandatam, 24 dec. 1743, § 3; Ep. Enc. Allatae sunt, 26 iun. 1755, §§ 3, 6—19, 32; Pius VI, Litt. Enc. Catholicae communionis, 24 maii 1787; Pius IX, Litt. In suprema, 6 ian. 1848, § 3; Litt. Ap. Ecclesiam Christi, 26 nov. 1853; Const. Romani Pontificis, 6 ian. 1862; Leo XIII, Litt. Ap. Praeclara, 20 iun. 1894, n. 7; Litt. Ap. Orientalium dignitas 30 nov. 1894, prooem.; etc.

<sup>3</sup> Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati, 2 iun. 1957, can. 4.

<sup>4</sup> Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati, 2 iun. 1957, can. 8: «sine licentia Sedis Apostolicae», sequendo praxim saeculorum praecedentium; item quoad baptizatos acatholicos in can. 11 habetur: «ritum quem maluerint amplecti possunt»; in textu proposito disponitur modo positivo observantia ritus pro omnibus et ubique terrarum.

Ap. Accepimus nuper (18. Mai 1521); Paul III, Litt. Ap. Dudum (23. Dez. 1534); Pius IV, Konst. Romanus Pontifex (16. Febr. 1564) § 5; Klemens VIII, Konst. Magnus Dominus (23. Dez. 1595) § 10; Paul V, Konst. Solet circumspecta (10. Dez. 1615) § 3; Benedikt XIV, Enz. Demandatam (24. Dez. 1743) § 3; Enz. Allatae sunt (26. Juni 1755) §§ 3, 6—19, 32; Pius VI, Enz. Catholicae communionis (24. Mai 1787); Pius IX, Brief In suprema (6. Jan. 1848) § 3; Litt. Ap. Ecclesiam Christi (26. Nov. 1853); Konst. Romani Pontificis (6. Jan. 1862); Leo XIII, Ep. Ap. Praeclara (20. Juni 1894), Nr. 7; Litt. Ap. Orientalium dignitas (30. Nov. 1894), Vorw.; u. a.

<sup>3</sup> Pius XII, Motupr. Cleri sanctitati (2. Juni 1957), can. 4.

<sup>4</sup> Pius XII, Motupr. Cleri sanctitati (2. Juni 1957), can. 8: „sine licentia Sedis Apostolicae“, folgt der Praxis der vor-

DE SPIRITUALI ECCLESiarUM ORIENTALIUM  
PATRIMONIO SERVANDO

5. Historia, traditiones et plurima ecclesiastica instituta praeclare testantur quantopere de universa Ecclesia Orientales Ecclesiae merita sint<sup>5</sup>. Quapropter Sancta Synodus patrimonium hoc ecclesiasticum et spirituale non solum aestimatione debita et iusta laude prosequitur, sed etiam tamquam patrimonium universae Christi Ecclesiae firmiter considerat. Quamobrem sollemniter declarat, Ecclesias Orientis sicut et Occidentis iure pollere et officio teneri se secundum proprias disciplinas peculiare regendi, utpote quae veneranda antiquitate commendantur, moribus suorum fidelium magis sint congruae atque ad bonum animarum consulendum aptiores videantur.

6. Sciant ac pro certo habeant omnes Orientales, se suos legitimos ritus liturgicos suamque disciplinam semper servare posse et debere, ac non nisi ratione proprii et organici progressus mutationes inducendas esse. Haec omnia, igitur, maxima fidelitate ab ipsis Orientalibus observanda sunt; qui quidem harum rerum cognitionem in dies maiorem usumque perfectionem acquirere debent, et, si ab iis ob temporum vel personarum adiuncta indebite defecerint, ad avitas traditiones redire satagant. Illi vero qui ratione sive muneris, sive apostolici ministerii frequens cum Orientalibus Ecclesiis aut cum earum fidelibus habeant commercium, in cognitione et cultu rituum, disciplinae, doctrinae, historiae atque indolis Orientalium accurate, pro gravitate officii quod gerunt, instituantur<sup>6</sup>. Religionibus vero et associationibus latini ritus, quae in regionibus orientalibus vel inter fideles orientales operam praestant, enixe commendantur, ut, ad maiorem apostolatus efficaciam, domos aut etiam provincias orientalis ritus, quantum fieri potest, constituent<sup>7</sup>.

ser wird als höchster Schiedsrichter über die Beziehungen der Teilkirchen zueinander in ökumenischem Geiste durch geeignete Richtlinien, Anordnungen oder Reskripte selbst oder unter Einschaltung anderer Obergkeiten den Erfordernissen Rechnung tragen.

DAS GEISTIGE ERBGUT DER OSTKIRCHEN  
SOLL BEWAHRT WERDEN

5. Die Geschichte, die Überlieferungen und zahlreiche kirchliche Einrichtungen legen ein glänzendes Zeugnis für die großen Verdienste der Ostkirchen um die Gesamtkirche ab<sup>5</sup>. Darum begnügt sich das Heilige Konzil nicht damit, diesem kirchlichen und geistigen Erbgut schuldige Achtung und gebührendes Lob zu zollen. Es betrachtet all das darüber hinaus als echtes Erbgut der gesamten Kirche Christi. Daher erklärt es feierlich: Die Kirchen des Ostens wie auch des Westens haben das volle Recht und die Pflicht, sich jeweils nach ihren eigenen Grundsätzen zu richten, die sich durch ihr ehrwürdiges Alter empfehlen, den Gewohnheiten ihrer Gläubigen besser entsprechen und der Sorge um das Seelenheil angemessener erscheinen.

6. Alle Ostchristen sollen wissen und davon überzeugt sein, daß sie ihre rechtmäßigen liturgischen Bräuche und die ihnen eigene Ordnung bewahren dürfen und müssen, es sei denn, daß aus eigenständigem und organischem Fortschritt Änderungen eingeführt werden sollten. Über das alles sollen also die Orientalen selbst mit größter Gewissenhaftigkeit wachen. Sie sollen auch immer tiefer eindringen in die Kenntnis dieser Dinge und sich immer mehr vervollkommen in deren praktischer Verwirklichung. Wenn sie aber wegen besonderer Zeitumstände oder persönlicher Verhältnisse ungebührlich von ihren östlichen Gebräuchen abgekommen sind, sollen sie sich befeißigen, zu den Überlieferungen ihrer Väter zurückzukehren. Indessen sollen sich alle, die durch ihr Amt oder ihren apostolischen Dienst in engere Berührung mit den Ostkirchen oder ihren Gläubigen kommen, angesichts ihrer verantwortungsschweren Aufgabe in der Kenntnis und Ausübung ostkirchlicher Gebräuche, in ostkirch-

<sup>5</sup> Cf. Leo XIII, Litt. Ap. Orientalium dignitas, 30 nov. 1894; Ep. Ap. Praeclara gratulationis, 20 iun. 1894, et documenta in nota 2 allata.

<sup>6</sup> Cf. Benedictus XV, Motu proprio Orientis catholici, 15 oct. 1917; Pius XI, Litt. Enc. Rerum orientalium, 8 sept. 1928, etc.

<sup>7</sup> Praxis Ecclesiae catholicae temporibus Pii XI, Pii XII, Ioannis XXIII motum hunc abunde demonstrat.

aufgehenden Jahrhunderte; ebenso heißt es in can. 11 hinsichtlich der getauften Nichtkatholiken: „Sie können den Ritus annehmen, den sie vorziehen.“ Im vorliegenden Text wird die Befolgung des Ritus positiv für alle und für überall geregelt.

<sup>5</sup> Vgl. Leo XIII, Litt. Ap. Orientalium dignitas (30. Nov. 1894); Ep. Ap. Praeclara gratulationis (20. Juni 1894); ferner die unter (2) beigebrachten Dokumente.

## DE PATRIARCHIS ORIENTALIBUS

7. Ab antiquissimis temporibus in Ecclesia viget institutio patriarchalis, iam a primis Synodis Oecumenicis agnita<sup>8</sup>.

Nomine vero Patriarchae orientalis venit episcopus, cui competit iurisdictio in omnes episcopos, haud exceptis metropolitibus, clerum et populum proprii territorii vel ritus, ad normam iuris et salvo primatu Romani Pontificis<sup>9</sup>.

Ubi quae Hierarchia alicuius ritus extra fines territorii patriarchalis constituitur, manet aggregatus hierarchiae patriarchatus eiusdem ritus ad normam iuris.

8. Patriarchae Ecclesiarum Orientalium, licet alii aliis tempore posteriores, omnes tamen aequales sunt ratione dignitatis patriarchalis, salva inter eos praecedentia honoris legitime statuta<sup>10</sup>.

9. Secundum antiquissimam Ecclesiae traditionem, singulari honore prosequendi sunt Ecclesiarum Orientalium patriarchae, quippe qui suo quisque patriarchatui tamquam pater et caput praesint.

Ideo statuit haec Sancta Synodus, ut eorum iura atque privilegia instaurentur, iuxta antiquas traditiones uniuscuiusque Ecclesiae et Synodorum Oecumenicarum decreta<sup>11</sup>.

licher Ordnung, Lehre, Geschichte und charakterlicher Eigenart gründlich unterrichten lassen<sup>6</sup>. Den Orden und Genossenschaften des lateinischen Ritus aber, die in ostkirchlichen Gebieten oder unter ostkirchlichen Gläubigen seelsorglich tätig sind, wird dringend empfohlen, daß sie nach Möglichkeit, um ihr Apostolat wirksamer zu machen, Häuser oder auch Provinzen des östlichen Ritus errichten<sup>7</sup>.

## DIE OSTKIRCHLICHEN PATRIARCHEN

7. Seit den ältesten Zeiten besteht in der Kirche die Einrichtung des Patriarchates, die schon von den ersten ökumenischen Konzilien anerkannt worden ist<sup>8</sup>.

Als ostkirchlichen Patriarchen bezeichnet man einen Bischof, dem im Rahmen des Rechtes, unbeschadet des päpstlichen Primates, die Regierungsgewalt über alle Bischöfe, die Metropolen einbezogen, sowie über den Klerus und das Volk seines Gebietes oder Ritus zukommt<sup>9</sup>.

Wo immer ein Oberhirte eines bestimmten Ritus außerhalb des Patriarchatsgebietes eingesetzt wird, bleibt er unter Wahrung der sonstigen kirchenrechtlichen Bestimmungen der Hierarchie seines Patriarchates angegliedert.

8. Die ostkirchlichen Patriarchen sind zwar zu verschiedenen Zeiten aufgekommen, aber hinsichtlich ihrer Patriarchenwürde alle gleichen Ranges. Dabei bleibt jedoch der gesetzlich festgelegte Ehrentritt gewahrt<sup>10</sup>.

9. Nach ältester kirchlicher Überlieferung gebührt den Patriarchen der Ostkirchen ein einzigartiger Ehrenvorzug; stehen sie doch als Vater und Oberhaupt über ihrem Patriarchat.

Daher bestimmt dieses Heilige Konzil, daß ihre Rechte und Privilegien nach den alten Traditionen einer jeden Kirche und nach den Beschlüssen der Ökumenischen Konzilien wiederhergestellt werden sollen<sup>11</sup>.

<sup>8</sup> Cf. Synodus Nicaena I, can. 6; Constantinopolitana I, can. 2 et 3; Chalcedonensis, can. 28; can. 9; Constantinopolitana IV, can. 17; can. 21; Lateranensis IV, can. 5; can. 30; Florentina, Decr. pro Graecis; etc.

<sup>9</sup> Cf. Synodus Nicaena I, can. 6; Constantinopolitana I, can. 3; Constantinopolitana IV, can. 17; Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati, can. 216, § 2, 1<sup>o</sup>.

<sup>10</sup> In Synodis Oecumenicis: Nicaena I, can. 6; Constantinopolitana I, can. 3; Constantinopolitana IV, can. 21; Lateranensis IV, can. 5; Florentina, Decr. pro Graecis, 6 iul. 1439, § 9. Cf. Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati, 2 iun. 1957, can. 219, etc.

<sup>11</sup> Cf. supra, nota 8.

<sup>6</sup> Vgl. Benedikt XV, Motupr. Orientis catholici (15. Okt. 1917); Pius XI, Enz. Rerum orientalium (8. Sept. 1928); u. a.

<sup>7</sup> Die Praxis der katholischen Kirche unter Pius XI, Pius XII, Johannes XXIII zeigt reichlich diese Tendenz.

<sup>8</sup> Vgl. Konzil v. Nicaea I, can. 6; Konstant. I, can. 2 und 3; Chalc., can. 28, can. 9; Konstant. IV, can. 17 und 21; Lat. IV, can. 5 und 30; Florent., Decr. pro Graecis; u. a.

<sup>9</sup> Vgl. Nicaen. I, can. 6; Konstant. I, can. 3; Konstant. IV, can. 17; Pius XII, Motupr. Cleri sanctitati, can. 216, § 2, 1.

<sup>10</sup> Auf Ökumenischen Konzilien: Nicaen. I, can. 6; Konstant. I, can. 3; Konstant. IV, can. 21; Lat. IV, can. 5; Florent., Decr. pro Graecis (6. Juli 1439) § 9. Vgl. Pius XII, Motupr. Cleri sanctitati (2. Juni 1957), can. 219; u. a.

<sup>11</sup> Vgl. oben, Anm. 8.

Haec autem iura et privilegia sunt illa, quae tempore unionis Orientis et Occidentis vigerunt, etsi ad hodiernas condiciones aliquantum aptanda sint.

Patriarchae cum suis synodis superiorem constituunt instantiam pro quibusvis negotiis patriarchatus, non secluso iure constituendi novas eparchias atque nominandi episcopos sui ritus intra fines territorii patriarchalis, salvo inalienabili Romani Pontificis iure in singulis casibus interveniendi.

10. Quae de Patriarchis sunt dicta, valent etiam, ad normam iuris, de Archiepiscopis maioribus, qui universae cuidam Ecclesiae particulari seu ritui praesunt<sup>12</sup>.

11. Cum institutum patriarchale in Ecclesiis Orientalibus sit forma regiminis traditionalis, Sancta et Oecumenica Synodus exoptat ut, ubi opus sit, novi erigantur patriarchatus, quorum constitutio Synodo Oecumenicae vel Romano Pontifici reservatur<sup>13</sup>.

#### DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

12. Veterem disciplinam de sacramentis apud Orientales Ecclesias vigentem, itemque praxim quae ad eorum celebrationem et ministracionem spectat, Sancta Oecumenica Synodus confirmat et laudat, et, si casus ferat, exoptat ut eadem instauretur.

13. Disciplina de ministro S. Chrismatis inde ab antiquissimis temporibus apud Orientales vigens plene instauretur. Idcirco presbyteri hoc sacramentum conferre valent, adhibito Chrismate a patriarcha vel episcopo benedicto<sup>14</sup>.

Es sind dies jene Rechte und Privilegien, die galten, als Ost und West noch geeint waren, mag auch eine gewisse Anpassung an die heutigen Verhältnisse notwendig sein.

Die Patriarchen bilden mit ihren Synoden die Oberbehörde für alle Angelegenheiten des Patriarchates; nicht ausgenommen ist das Recht zur Errichtung neuer Eparchien und zur Ernennung von Bischöfen ihres Ritus innerhalb der Grenzen des Patriarchalgebietes, unbeschadet des Rechtes des römischen Papstes, in Einzelfällen einzugreifen.

10. Das über die Patriarchen Gesagte gilt im Rahmen des Rechtes auch von den Großerbischöfen, die einer ganzen Teilkirche oder einem Ritus vorstehen<sup>12</sup>.

11. Da die Einrichtung des Patriarchates in den Ostkirchen die überlieferte Form der Kirchenregierung ist, wünscht dieses Heilige Ökumenische Konzil, daß, wo es nötig ist, neue Patriarchate gegründet werden. Ihre Errichtung ist dem Ökumenischen Konzil oder dem römischen Papst vorbehalten<sup>13</sup>.

#### SAKRAMENTENORDNUNG

12. Das Heilige Ökumenische Konzil bestätigt und heißt gut die alte bei den Ostkirchen bestehende Ordnung der Sakramente und die Art ihres Vollzuges und ihrer Spendung. Gegebenenfalls wünscht es die Wiederherstellung dieser alten Ordnung.

13. Die seit den ältesten Zeiten bei den Ostchristen gültige Ordnung, die den Spender des Sakramentes des heiligen Chrisams betrifft, soll in vollem Umfang wiederhergestellt werden. Demgemäß können die Priester dieses Sakrament spenden unter Gebrauch von Chrisam, der vom Patriarchen oder Bischof geweiht ist<sup>14</sup>.

<sup>12</sup> Cf. Synodus Ephesina, can. 8; Clemens VIII, Decet Romanum Pontificem, 23 febr. 1596; Pius VII, Litt. Ap. In universalis Ecclesiae, 22 febr. 1807; Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati, 2 iun. 1957, can. 324—339; Syn. Carthaginen., a. 419, can. 17.

<sup>13</sup> Syn. Carthaginen., a. 419, can. 17 et 57; Chalcedonensis, a. 451, can. 12; S. Innocentius I, Litt. Et onus et honor, a. c. 415: «Nam quid sciscitaris»; S. Nicolaus I, Litt. Ad consulta vestra, 13 nov. 866: «A quo autem»; Innocentius III, Litt. Rex regum, 25 febr. 1214; Leo XII, Const. Ap. Petrus Apostolorum Princeps, 15 aug. 1824; Leo XIII, Litt. Ap. Christi Domini, a. 1895; Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati, 2 iun. 1957, can. 159.

<sup>14</sup> Cf. Innocentius IV, Ep. Sub catholicae, 6 mart. 1254, § 3, n. 4; Syn. Lugdunensis II, a. 1274 (professio fidei Michaelis Palaeologi Gregorio X oblata); Eugenius IV, in Syn. Florentina, Const. Exultate Deo, 22 nov. 1439, § 11; Clemens VIII, Instr. Sanctissimus, 31 aug. 1595; Benedictus XIV, Const. Etsi pastoralis, 26 maii 1742, § II, n. 1, § III, n. 1,

<sup>12</sup> Vgl. Konz. v. Ephesus, can. 8; Klemens VIII, Decet Romanum Pontificem (23. Febr. 1596); Pius VII, Litt. Ap. In universalis Ecclesiae (22. Febr. 1807); Pius XII, Motupr. Cleri sanctitati (2. Juni 1957), can. 324—327; Synode v. Karthago (419), can. 17.

<sup>13</sup> Synode v. Karth. (419), can. 17 u. 57; Chalc. (451), can. 12; Innozenz I, Brief Et onus et honor (um 415): «Nam quid sciscitaris»; Nikolaus I, Brief Ad consulta vestra (13. Nov. 866): «A quo autem»; Innozenz III, Brief Rex regum (25. Febr. 1214); Leo XII, Const. Ap. Petrus Apostolorum Princeps (15. Aug. 1824); Leo XIII, Litt. Ap. Christi Domini (1895); Pius XII, Motupr. Cleri sanctitati (2. Juni 1957), can. 159.

<sup>14</sup> Vgl. Innozenz IV, Brief Sub catholicae (6. März 1254) § 3, Nr. 4; Lyon II (1274), Glaubensbekenntnis des Michael Paläologus vor Gregor X; Eugen IV auf dem Florent., Konst. Exultate Deo (22. Nov. 1439) § 11; Klemens VIII, Instructio Sanctissimus (31. Aug. 1595); Benedikt XIV, Konst. Etsi pastoralis (26. Mai 1742) § II, Nr. 1, § III,

14. Presbyteri omnes orientales hoc sacramentum, sive una cum Baptismo sive separatim, valide conferre possunt omnibus fidelibus cuiusvis ritus, latino haud excluso, servatis ad liceitatem praescriptis iuris tum communis tum particularis<sup>15</sup>. Presbyteri quoque latini ritus, secundum facultates quibus gaudent circa ministrationem huius sacramenti, valent illud etiam fidelibus Ecclesiarum Orientalium ministrare, sine praeiudicio ritui, servatis quoad liceitatem praescriptis iuris sive communis sive particularis<sup>16</sup>.

15. Fideles obligatione tenentur diebus dominicis et festis interesse divinae liturgiae aut, iuxta praescripta vel consuetudinem proprii ritus, celebrationi divinarum laudum<sup>17</sup>. Quo facilius fideles hanc obligationem adimplere valeant, statuitur tempus utile, pro hoc praecepto adimplendo, decurrere inde a vespere vigiliae usque ad finem diei Dominicae vel festi<sup>18</sup>. Enixe commendatur fidelibus, ut his diebus, imo frequentius ac vel etiam quotidie, Sacram Eucharistiam suscipiant<sup>19</sup>.

16. Ob quotidianam permixtionem fidelium diversarum particularium Ecclesiarum in eadem regione vel territorio orientali, facultas presbyterorum cuiuscumque ritus excipiendi confessiones, a propriis hierarchis rite et sine ulla restrictione concessa, ad totum territorium extenditur concedentis necnon ad loca et fideles cuiuscumque ritus in eodem territorio, nisi hierarcha loci, quoad loca sui ritus, expresse renuerit<sup>20</sup>.

14. Alle ostkirchlichen Priester können dieses Sakrament in gültiger Weise allen Gläubigen eines jeden Ritus, den lateinischen inbegriffen, spenden, sei es in Verbindung mit der Taufe oder getrennt von ihr. Was die Erlaubtheit betrifft, sind die Bestimmungen des allgemeinen und des Partikularrechtes zu beachten<sup>15</sup>. Wenn lateinische Priester Vollmacht haben, dieses Sakrament zu spenden, so können sie es gültigerweise auch ostkirchlichen Gläubigen spenden, ohne dabei deren Ritus zu ändern. Zur Erlaubtheit der Spendung ist das allgemeine und das Partikularrecht einzuhalten<sup>16</sup>.

15. Die Gläubigen sind verpflichtet, an den Sonn- und Feiertagen der Göttlichen Liturgie oder, gemäß den Vorschriften oder Gewohnheiten ihres eigenen Ritus, dem feierlichen Gotteslob beizuwohnen<sup>17</sup>. Damit die Gläubigen diese Pflicht leichter erfüllen können, wird festgelegt, daß die Frist zur Erfüllung dieser Pflicht mit dem Abend des Vortages beginnt und bis zum Ende des Sonn- oder Festtages läuft<sup>18</sup>. Dringend wird den Gläubigen empfohlen, an diesen Tagen und noch öfter, ja täglich, die heilige Eucharistie zu empfangen<sup>19</sup>.

16. Mit Rücksicht auf die allgemeine Vermischung der Gläubigen verschiedener Teilkirchen in derselben ostkirchlichen Region\* oder in demselben ostkirchlichen Territorium\*\* wird die Beichtvollmacht für Priester aller Riten, die eine solche Vollmacht von ihrem eigenen Oberhirten ordnungsgemäß und ohne Vorbehalt empfangen haben, auf den ganzen Bereich dessen ausgedehnt, der die Vollmacht gegeben hat. Sie hat auch für Stätten und Gläubige jedes anderen Ritus in diesem Bereich

etc.; Synodus Laodicensis, a. 347/381, can. 48; Syn. Sisen. Armenorum, a. 1342; Synodus Libanen. Maronitarum, a. 1736, P. II, Cap. III, n. 2, et aliae Synodi particulares.

<sup>15</sup> Cf. S. C. S. Officii, Instr. (ad Ep. Scepousien.), a. 1783; S. C. de Prop. Fide (pro Coptis), 15 mart. 1790, n. XIII; Decr. 6 oct. 1863, C, a; S. C. pro Eccl. Orient., 1 maii 1948; S. C. S. Officii, resp. 22 apr. 1896 cum litt. 19 maii 1896.

<sup>16</sup> CIC, can. 782, § 4; S. C. pro Eccl. Orient., Decretum «de Sacramento Confirmationis administrando etiam fidelibus orientalibus a presbyteris latini ritus, qui hoc indulto gaudent pro fidelibus sui ritus», 1 maii 1948.

<sup>17</sup> Cf. Syn. Laodicensis, a. 347/381, can. 29; S. Nicephorus CP., cap. 14; Syn. Duinen. Armenorum, a. 719, can. 31; S. Theodorus Studita, sermo 21; S. Nicolaus I, Litt. Ad consulta Vestra, 13 nov. 866: «In quorum Apostolorum»; «Nos cupitis»; «Quod interrogatis»; «Praeterea consultis»; «Si die Dominico»; et Synodi particulares.

<sup>18</sup> Novum quid, saltem ubi viget obligatio audiendi S. Liturgiam; ceterum cohaeret diei liturgicae apud Orientales.

<sup>19</sup> Cf. Canones Apostolorum, 8 et 9; Syn. Antiochena, a. 341, can. 2; Timotheus Alexandrinus, interrogat. 3; Innocentius III, Const. Quia divinae, 4 ian. 1215; et plurimae Synodi particulares Ecclesiarum Orientalium recentiores.

<sup>20</sup> Salva territorialitate iurisdictionis, canon providere intendit, in bonum animarum, pluralitati iurisdictionis in eodem territorio.

Nr. 1 usw.; Synode v. Laodicea (347/381), can. 48; armenische Synode v. Sis (1342); maronitische Synode im Libanon v. 1736, Teil II, Kap. III, Nr. 2; und andere Partikularsynoden.

<sup>15</sup> Vgl. Heiliges Offizium, Instructio an den Bischof v. Zips (1783); Prop. Fide für die Kopten (15. März 1790), Nr. XIII; Dekret v. 6. Okt. 1863, C, a; Kongr. f. d. Ostkirchen v. 1. Mai 1948; Heiliges Offizium, Antwort v. 22. April 1896 mit Brief v. 19. Mai 1896.

<sup>16</sup> CIC, can. 782 § 4; Kongr. f. d. Ostkirchen, Dekret „Über die Spendung der Firmung auch an ostkirchliche Gläubige durch Priester des lateinischen Ritus, die sich dieses Indultes für Gläubige ihres Ritus erfreuen“ (1. Mai 1948).

<sup>17</sup> Vgl. Synode v. Laodicea (347/381), can. 29; Nikephoros v. Konstant., Kap. 14; armenische Synode v. Dwin (719), can. 31; Theodor der Studit, Predigt 21; Nikolaus I, Brief Ad consulta vestra (13. Nov. 866): „In quorum Apostolorum“; „Nos cupitis“; „Quod interrogatis“; „Praeterea consultis“; „Si die Dominico“; sowie Partikularsynoden.

<sup>18</sup> Eine Neuerung, wenigstens wo die Verpflichtung zum Anhören der heiligen Liturgie besteht; sie lehnt sich übrigens an den liturgischen Tag bei den Orientalen an.

<sup>19</sup> Vgl. Canones Apostolorum 8 und 9; Synode v. Antiochien (341), can. 2; Timotheus v. Alex., Interrogatio 3; Innozenz III, Konst. Quia divinae (4. Jan. 1215); sowie sehr viele ostkirchliche Partikularsynoden in jüngerer Zeit.

17. Ut antiqua sacramenti Ordinis disciplina in Ecclesiis Orientalibus iterum vigeat, exoptat haec Sancta Synodus, ut institutum diaconatus permanentis, ubi in desuetudinem venerit, instauretur<sup>21</sup>. Quoad subdiaconatum vero et Ordines inferiores eorumque iura et obligationes, provideat Auctoritas legislativa uniuscuiusque Ecclesiae particularis<sup>22</sup>.

18. Ad praecavenda matrimonia invalida, quando catholici orientales cum acatholicis orientalibus baptizatis matrimonium ineunt, et ad consulendum nuptiarum firmitati et sanctitati nec non domesticae paci, Sancta Synodus statuit formam canonicam celebrationis pro his matrimoniis obligare tantum ad liceitatem; ad validitatem sufficere praesentiam ministri sacri, servatis aliis de iure servandis<sup>23</sup>.

#### DE CULTU DIVINO

19. Dies festos pro omnibus Ecclesiis Orientalibus communes in posterum constituere, transferre aut suppressere unius est Synodi Oecumenicae vel Sedis Apostolicae. Dies vero festos pro singulis Ecclesiis particularibus constituere, transferre aut suppressere, praeter Apostolicam Sedem, competit synodis patriarchalibus aut archiepiscopalibus, debita tamen ratione habita totius regionis ceterarumque Ecclesiarum particularium<sup>24</sup>.

<sup>21</sup> Cf. Syn. Nicaena I, can. 18; Syn. Neocaesariensis, a. 314/325, can. 12; Syn. Sardicensis, a. 343, can. 8; S. Leo M., Litt. Omnium quidem, 13. Jan. 444; Syn. Chalcedonensis, can. 6; Syn. Constantinopolitana IV, can. 23, 26; etc.

<sup>22</sup> Subdiaconatus consideratur apud Ecclesias Orientales plures Ordo minor, sed Motu proprio Pii XII, Cleri sanctitati, ei praescribuntur obligationes Ordinum maiorum. Canon proponit ut redeatur ad disciplinam antiquam singularum Ecclesiarum quoad obligationes subdiaconorum, in derogationem iuris communis «Cleri sanctitati».

<sup>23</sup> Cf. Pius XII, Motu proprio Crebrae allatae, 22 Febr. 1949, can. 32, § 2, n. 5<sup>o</sup> (facultas patriarcharum dispensandi a forma); Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati, 2. Jun. 1957, can. 267 (facultas patriarcharum sanandi in radice); S. C. S. Officii et S. C. pro Eccl. Orient., a. 1957 concedunt facultatem dispensandi a forma et sanandi ob defectum formae (ad quinquennium): «extra patriarchatus, Metropolitae, ceterisque Ordinariis locorum... qui nullum habent Superiorem infra Sanctam Sedem».

<sup>24</sup> Cf. S. Leo M., Litt. Quod saepissime, 15. Apr. 454: «Petitionem autem»; S. Nicephorus CP., cap. 13; Syn. Sergii Patriarchae, 18. Sept. 1596, can. 17; Pius VI, Litt. Ap. Assueto paterne, 8. Apr. 1775; etc.

Geltung, es sei denn, daß ein Ortsobershirte dies für Stätten seines Ritus ausdrücklich verweigert hätte<sup>20</sup>.

17. Damit die alte Ordnung des Weihesakramentes in den Ostkirchen wieder zur Geltung komme, wünscht das Heilige Konzil dringend, daß die Einrichtung des dauernden Diakonates, wo sie außer Übung gekommen ist, wieder eingeführt wird<sup>21</sup>. Über Subdiaconat und Niedere Weihen sowie über deren Rechte und Pflichten soll die gesetzgebende Obrigkeit jeder Teilkirche Anordnungen treffen<sup>22</sup>.

18. Um der Ungültigkeit von Ehen vorzubeugen sowie um der Dauerhaftigkeit der Ehe, ihrer Heiligkeit und dem häuslichen Frieden Rechnung zu tragen, bestimmt das Heilige Konzil, daß für Ehen zwischen katholischen Ostchristen und getauften, ostkirchlichen Nichtkatholiken die kanonische Eheschließungsform nur zur Erlaubtheit vorgeschrieben ist. Zur Gültigkeit einer solchen Ehe genügt die Anwesenheit eines gültig geweihten Amtsträgers<sup>\*\*\*</sup>. Voraussetzung dafür ist, daß die sonstigen Rechtsvorschriften eingehalten werden<sup>23</sup>.

#### GOTTESDIENST

19. In Zukunft ist es allein das Recht des Ökumenischen Konzils oder des Apostolischen Stuhles, für alle Ostkirchen gemeinschaftliche Feiertage ein-

<sup>20</sup> Unbeschadet des Territorialprinzips in der Leitungsgewalt zielt der Kanon zum Heil der Seelen auf Vorkehrungen bei einer Mehrzahl von Jurisdiktionen im gleichen Gebiet.

<sup>21</sup> Vgl. Nicaen. I, can. 18; Syn. v. Neocaesarea (314/325), can. 12; Syn. v. Sardika (343), can. 8; Leo d. Gr., Brief Omnium quidem (13. Jan. 444); Chalch., can. 6; Konstant. IV, can. 23, 26; u. a.

<sup>22</sup> Der Subdiaconat wird bei einer Reihe von Ostkirchen als Niedere Weihe betrachtet; durch das Motu proprio Pius' XII Cleri sanctitati jedoch werden für ihn die Verpflichtungen der Höheren Weihen vorgeschrieben. Der Kanon sieht vor, daß man hinsichtlich der Subdiaconatsverpflichtungen zur alten Ordnung der einzelnen Kirchen zurückkehre, unter Abschaffung des gemeinen Rechtes von Cleri sanctitati.

<sup>23</sup> Vgl. Pius XII, Motu proprio Crebrae allatae (22. Febr. 1949), can. 32 § 2, Nr. 5 (Vollmacht der Patriarchen zur Dispens von der Formpflicht); Pius XII, Motu proprio Cleri sanctitati (2. Juni 1957), can. 267 (Vollmacht der Patriarchen für sanatio in radice); das Heilige Offizium und die Kongr. f. d. Ostkirchen gewähren 1957 auf fünf Jahre die Vollmacht zur Dispens von der Formpflicht und zur Heilung bei Formmangel „den Metropolitane und anderen Ortsobershirten außerhalb der Patriarchate... die außer dem Heiligen Stuhl keinen anderen Vorgesetzten haben“.

\* „Region“ bedeutet hier ein Gebiet, in dem seit alter Zeit ein ostkirchlicher Ritus besteht, unabhängig davon, ob an dem Ort eine ostkirchliche Eparchie (Bistum), eine Kirchenprovinz, ein Erzbistum oder ein Patriarchat errichtet ist (Motu proprio Postquam Apostolicis v. 9. Februar 1952, can. 303 § 1, 2) (Anm. des Übers.).

\*\* „Territorium“ bedeutet ein Gebiet, in dem wenigstens ein Exarchat für ostkirchliche Gläubige errichtet ist, die außerhalb einer ostkirchlichen „Region“ (s. o.) wohnen (a. a. O., can. 303 § 1, 3) (Anm. des Übers.).

\*\*\* im Urtext: minister sacer (Anm. des Übers.).



20. Donec perveniatur ad optatam inter omnes christianos conventionem de unico die, quo festivitas Paschatis ab omnibus celebretur, interim ad unitatem inter christianos in eadem regione vel natione degentes fovendam, Patriarchis vel Supremis in loco Auctoritatibus ecclesiasticis committitur, ut, unanimi consensu et collatis consiliis cum iis quorum interest, de festo Paschatis eadem die Dominica celebrando conveniant<sup>25</sup>.

21. Singuli fideles extra regionem vel territorium proprii ritus versantes, quoad legem de temporibus sacris, ad disciplinam in loco ubi degunt vigentem se plene conformare possunt. In familiis mixti ritus hanc legem servare licet iuxta unum eundemque ritum<sup>26</sup>.

22. Clerici et religiosi orientales celebrent iuxta propriae disciplinae praescripta et traditiones Laudes Divinas, quae inde ab antiqua aetate magno in honore fuerunt apud omnes Ecclesias Orientales<sup>27</sup>. Fideles quoque, exempla maiorum secuti, in Divinas Laudas pro viribus et devote incumbant.

23. Ad Patriarcham cum Synodo vel ad Supremam cuiusque Ecclesiae Auctoritatem cum Consilio hierarcharum, ius pertinet moderandi usum linguarum in sacris actionibus liturgicis nec non, facta relatione ad Sedem Apostolicam, probandi versiones textuum in linguam vernaculam<sup>28</sup>.

zuführen, sie zu verlegen oder aufzuheben. Für die einzelnen Teilkirchen Feste einzuführen, zu verlegen oder aufzuheben steht außer dem Apostolischen Stuhl auch den Patriarchalsynoden oder den erzbischöflichen Synoden zu. Doch soll dabei auf das ganze Gebiet und auf die übrigen Teilkirchen Rücksicht genommen werden<sup>24</sup>.

20. Bis es zur ersehnten Übereinkunft aller Christen über einen einheitlichen Ostertermin kommt, wird es den Patriarchen oder den höchsten örtlichen Obrigkeiten zur Förderung der Einheit aller Christen desselben Gebietes oder desselben Volkes anheimgegeben, daß sie bei einhelliger Zustimmung und nach Beratung mit allen Beteiligten sich auf einen bestimmten Sonntag als Ostertermin einigen<sup>25</sup>.

21. Einzelne Gläubige, die sich außerhalb einer Region oder eines Territoriums ihres Ritus aufhalten, können sich hinsichtlich der heiligen Zeiten ganz der Ordnung anpassen, wie sie an ihrem Aufenthaltsort gültig ist. Familien, deren Glieder verschiedenen Riten angehören, können diese Ordnung einheitlich nach einem der Riten halten<sup>26</sup>.

22. Das kirchliche Gotteslob stand seit alter Zeit bei allen Ostkirchen in hohen Ehren. Darum sollen es die ostkirchlichen Kleriker und Ordensleute nach den Vorschriften und Überlieferungen ihrer eigenen Kirchenordnung feiern<sup>27</sup>. Auch die Gläubigen sollen sich treu dem Vorbild ihrer Väter, andächtig und nach besten Kräften dem Gotteslob widmen.

23. Der Patriarch mit seiner Synode oder die höchste Obrigkeit einer Kirche gemeinsam mit den Oberhirten haben das Recht, die bei den liturgischen Handlungen verwendeten Sprachen festzulegen. Unter Berichterstattung an den Heiligen Stuhl steht es ihnen auch zu, die Übersetzung der

<sup>24</sup> Vgl. Leo d. Gr., Brief Quod saepissime (15. April 454): „Petitionem autem“; Nikephoros v. Konst., Kap. 13; Synode des Patriarchen Sergius (18. Sept. 1596), can. 17; Pius VI, Litt. Ap. Assueto paterne (8. April 1775); u. a.

<sup>25</sup> Vgl. Vat. II, Konst. über die heilige Liturgie (4. Dez. 1963).

<sup>26</sup> Vgl. Klemens VIII, Instructio Sanctissimus (31. Aug. 1595) § 6: „Si ipsi graeci“; Heiliges Offizium am 7. Juni 1673 zu 1 u. 3, am 13. März 1727 zu 1; Prop. Fide, Dekret v. 18. Aug. 1913, Art. 33; Dekret v. 14. Aug. 1914, Art. 27; Dekret v. 27. März 1916, Art. 14; Kongr. f. d. Ostkirchen, Dekret v. 1. März 1929, Art. 36; Dekret v. 4. Mai 1930, Art. 41.

<sup>27</sup> Vgl. Syn. v. Laodicea (347/381), can. 18; chaldäische Synode des Mar Issak (410), can. 15; Nerses v. Hromklay, armenisch (1166); Innozenz IV, Brief Sub catholicae (6. März 1254) § 8; Benedikt XIV, Konst. Etsi pastoralis (26. Mai 1742) § 7, Nr. 5; Instructio Eo quamvis tempore (4. Mai 1745) §§ 42 ff; sowie Partikularsynoden in jüngerer Zeit: armenische (1911), koptische (1898), maronitische (1736), rumänische (1872), ruthenische (1891), syrische (1888).

<sup>25</sup> Cf. Syn. Vaticana II, Const. De Sacra Liturgia, 4 dec. 1963.

<sup>26</sup> Cf. Clemens VIII, Instr. Sanctissimus, 31 aug. 1595, § 6: „Si ipsi graeci“; S. C. S. Officii, 7 iun. 1673, ad 1 et 3; 13 mart. 1727, ad 1; S. C. de Prop. Fide, Decret. 18 aug. 1913, art. 33; Decret. 14 aug. 1914, art. 27; Decret. 27 mart. 1916, art. 14; S. C. pro Eccl. Orient., Decret. 1 mart. 1929, art. 36; Decret. 4 maii 1930, art. 41.

<sup>27</sup> Cf. Syn. Laodicen., 347/381, can. 18; Syn. Mar Issaci Chaldaeorum, a. 410, can. 15; S. Nerses Glaieni. Armenorum, a. 1166; Innocentius IV, Ep. Sub catholicae, 6 mart. 1254, § 8; Benedictus XIV, Const. Etsi pastoralis, 26 maii 1742, § 7, n. 5; Instr. Eo quamvis tempore, 4 maii 1745, §§ 42 ss.; et Synodi particulares recentiores: Armenorum (1911), Coptorum (1898), Maronitarum (1736), Rumenorum (1872), Ruthenorum (1891), Syrorum (1888).

<sup>28</sup> Ex traditione orientali.

DE CONVERSATIONE CUM FRATRIBUS  
ECCLESiarUM SEIUNCTARUM

24. Ad Ecclesias Orientales, communionem cum Sede Apostolica Romana habentes, peculiare pertinet munus omnium christianorum unitatem, orientalium praesertim, fovendi, iuxta principia decreti huius S. Synodi «De Oecumenismo», precibus imprimis, vitae exemplis, religiosa erga antiquas traditiones orientales fidelitate, mutua et meliore cognitione, collaboratione ac fraterna rerum animorumque aestimatione<sup>29</sup>.

25. Ab Orientalibus seiunctis, in unitatem catholicam sub influxu gratiae Sancti Spiritus convenientibus, ne plus exigatur quam quod simplex fidei catholicae professio exigit. Et cum apud eos sacerdotium validum servatum sit, clericis orientalibus, in unitatem catholicam convenientibus, facultas est proprium Ordinem exercendi, iuxta normas a competenti Auctoritate statutas<sup>30</sup>.

26. Communicatio in sacris, quae unitatem Ecclesiae offendit aut formalem errori adhaesionem vel periculum aberrationis in fine, scandali et indifferentismi includit, lege divina prohibetur<sup>31</sup>. Praxis vero pastoralis demonstrat, ad fratres orientales quod spectat, varia considerari posse et debere singularum personarum adiuncta, in quibus nec unitas Ecclesiae laeditur, nec pericula vitanda adsunt, sed necessitas salutis et bonum spirituale animarum urgent. Ideo Ecclesia catholica, pro tempore, locorum et personarum adiunctis, mitiorem saepe adhibuit et adhibet rationem agendi, salutis media et testimonium caritatis inter christianos omnibus praebens, per participationem in sacramentis aliisque in functionibus et rebus sacris. His attentis, Sancta Synodus, «ne impedimento propter sententiae severitatem simus iis qui salvantur»<sup>32</sup> et ad magis fovendam unionem cum Ecclesiis Orientalibus a nobis seiunctis, sequentem agendi rationem statuit.

<sup>29</sup> Ex tenore Bullarum unionis singularum Ecclesiarum orientalium catholicarum.

<sup>30</sup> Obligatio synodalis quoad fratres seiunctos orientales et quoad omnes Ordines cuiuscumque gradus tum iuris divini tum ecclesiastici.

<sup>31</sup> Haec doctrina valet etiam in Ecclesiis seiunctis.

<sup>32</sup> S. Basilius M., Epistula canonica ad Amphilochem: PG 32, 669 B.

liturgischen Texte in die Volkssprache zu approbieren<sup>28</sup>.

VERKEHR MIT DEN BRÜDERN  
AUS DEN GETRENNTEN KIRCHEN

24. Den mit dem Römischen Apostolischen Stuhl in Gemeinschaft stehenden Ostkirchen obliegt die besondere Aufgabe, gemäß den Grundsätzen des von diesem Heiligen Konzil erlassenen Dekretes über den Ökumenismus die Einheit aller Christen, besonders der ostkirchlichen, zu fördern. Dieser Aufgabe dienen vor allem ihre Gebete, das Beispiel ihres Lebens, die ehrfürchtige Treue gegenüber den alten ostkirchlichen Überlieferungen, eine bessere gegenseitige Kenntnis und Zusammenarbeit sowie brüderliche Wertschätzung<sup>29</sup> des äußeren und inneren Lebens der anderen.

25. Von getrennten Ostchristen, die unter der Gnadenwirkung des Heiligen Geistes zur katholischen Einheit kommen, soll nicht mehr verlangt werden, als was das einfache katholische Glaubensbekenntnis fordert. Da ferner das Priestertum bei ihnen gültig bewahrt worden ist, haben ostkirchliche Kleriker, die zur katholischen Einheit kommen, das Recht, nach den Anordnungen der zuständigen Obrigkeit ihre Weihegewalt auszuüben<sup>30</sup>.

26. Wenn eine Communicatio in sacris die Einheit der Kirche verletzt oder wenn sie eine formale Bejahung einer Irrlehre, die Gefahr eines Glaubensabfalles, eines Ärgernisses oder religiöser Gleichgültigkeit in sich birgt, dann ist sie durch göttliches Gesetz verboten<sup>31</sup>. Die Seelsorgepraxis zeigt aber, daß bei den in Frage kommenden ostkirchlichen Brüdern mancherlei persönliche Umstände in Betracht zu ziehen sind, unter denen weder die Einheit der Kirche verletzt wird noch irgendeine Gefahr zu fürchten ist, vielmehr ein Heilsnotstand und das geistliche Wohl der Seelen drängt. Daher hat die katholische Kirche je nach zeitlichen, örtlichen und persönlichen Umständen in Vergangenheit und Gegenwart oft eine mildere Handlungsweise angewandt und allen die Mittel zum Heil und das Zeugnis gegenseitiger christlicher Liebe durch Teilnahme an Sakramenten und anderen heiligen Handlungen und Sachen dargeboten. Aus diesen Erwägungen hat das Heilige Konzil, „damit wir nicht durch die

<sup>28</sup> Gemäß ostkirchlicher Überlieferung.

<sup>29</sup> Gemäß dem Tenor der Unionsbullen der einzelnen katholischen Ostkirchen.

<sup>30</sup> Konziliare Festlegung hinsichtlich der getrennten ostkirchlichen Brüder und aller Weihestufen göttlichen wie kirchlichen Rechts.

<sup>31</sup> Diese Lehre gilt auch in den getrennten Kirchen.

27. Positis memoratis principiis, Orientalibus, qui bona fide seiuncti inveniuntur ab Ecclesia catholica, si sponte petant et rite sint dispositi, sacramenta Poenitentiae, Eucharistiae et Unctionis Infirmorum conferri possunt; imo, etiam catholicis eadem sacramenta licet petere ab iis ministris acatholicis, in quorum Ecclesia habentur valida sacramenta, quotiescumque id necessitas aut vera spiritualis utilitas suadeat, et accessus ad sacerdotem catholicum physice vel moraliter impossibilis evadat<sup>33</sup>.

28. Item, positis iisdem principiis, communicatio in sacris functionibus, rebus et locis inter catholicos et fratres seiunctos orientales iusta de causa permittitur<sup>34</sup>.

29. Haec mitior communicationis in sacris cum fratribus Ecclesiarum Orientalium seiunctarum ratio vigilantiae et moderamini hierarchum locorum committitur, ut, collatis inter se consiliis, et, si casus ferat, auditis etiam hierarchis Ecclesiarum seiunctarum, opportunis efficacibusque praeceptis et normis christianorum moderentur conversationem.

#### CONCLUSIO

30. Magnopere laetatur Sancta Synodus de fructuosa et actuosa collaboratione Orientalium et Occidentalium Ecclesiarum Catholicarum, simulque declarat: hae omnes iuris dispositiones pro praesentibus conditionibus statuuntur, usquedum Ecclesia catholica et Ecclesiae Orientales seiunctae ad plenitudinem communionis convenient.

Härte des Urteils den Erlösten zum Hindernis werden<sup>32</sup>, und zur immer stärkeren Förderung der Einheit mit den von uns getrennten Ostkirchen folgende Richtlinien festgelegt:

27. Unter Wahrung der erwähnten Grundsätze können Ostchristen, die guten Glaubens von der katholischen Kirche getrennt sind, wenn sie von sich aus darum bitten und recht vorbereitet sind, zu den Sakramenten der Buße, der Eucharistie und der Krankensalbung zugelassen werden. Ebenso ist es Katholiken erlaubt, dieselben Sakramente von nichtkatholischen Geistlichen zu erbitten, in deren Kirche die Sakramente gültig gespendet werden, sooft dazu ein ernstes Bedürfnis oder ein wirklicher geistlicher Nutzen rät und der Zugang zu einem katholischen Priester sich als physisch oder moralisch unmöglich herausstellt<sup>33</sup>.

28. Unter Festhalten der gleichen Grundsätze wird auch die gemeinsame Beteiligung an heiligen Handlungen, Sachen und Stätten bei Katholiken und getrennten Ostchristen aus triftigen Gründen gestattet<sup>34</sup>.

29. Diese mildere Handhabung der Communicatio in sacris mit den Brüdern der getrennten Ostkirchen wird der Wachsamkeit und der Regelung der Ortsoberrhirten anvertraut. Sie sollen darüber miteinander beraten und — falls es angezeigt erscheint — auch die Oberhirten der getrennten Kirchen hören. Dann sollen sie durch geeignete und wirksame Vorschriften und Regeln das Zusammenleben der Christen ordnen.

#### SCHLUSSWORT

30. Das Heilige Konzil ist hochofrennt über die fruchtbare und tatkräftige Zusammenarbeit der katholischen Ost- und Westkirchen. Gleichzeitig erklärt es: Alle Rechtsbestimmungen dieses Dekretes gelten nur für die gegenwärtigen Verhältnisse, bis die katholische Kirche und die getrennten Ostkirchen zur Vollendung der Gemeinschaft zusammenfinden.

<sup>32</sup> Basilius d. Gr., Ep. can. ad Amphilochem: PG 32, 669 B.

<sup>33</sup> Als Grundlage der Erleichterung ist anzusehen: 1. die Gültigkeit der Sakramente, 2. der gute Glaube und die Disposition, 3. die Notwendigkeit für das ewige Heil, 4. die Abwesenheit eines eigenen Priesters, 5. der Ausschluß zu meidender Gefahren und formellen Anschlusses an den Irrtum.

<sup>34</sup> Es handelt sich um die obengenannte „außersakramentale communicatio in sacris“. Die Erleichterungen gewährt das Konzil, wobei die Vorschriften einzuhalten sind.

<sup>33</sup> Fundamentum mitigationis consideratur: 1) validitas sacramentorum; 2) bona fides et dispositio; 3) necessitas salutis aeternae; 4) absentia sacerdotis proprii; 5) exclusio periculorum vitandorum et formalis adhaesionis errori.

<sup>34</sup> Agitur de s. d. «communicatione in sacris extrasacramentali». Concilium est quod mitigationem concedit, servatis servandis.

Interim tamen omnes christiani, Orientales nec non Occidentales, enixe rogantur, ut ferventes atque assiduas, imo quotidianas preces Deo fundant ut, Sanctissima Deipara auxiliante, omnes unum fiant. Orent quoque, ut tot christianis cuiuscumque Ecclesiae, qui, strenue profitentes Christi nomen, patiuntur et angustiantur, Spiritus Sancti Paracliti adfluat plenitudo confortationis et solatii.

Omnes caritate fraternitatis invicem diligamus, honore invicem praevenientes (Rom. 12, 10).

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto edicta sunt, placuerunt Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum,  
die XXI mensis Novembris anno MCMLXIV.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus

Sequuntur Patrum subsignationes.

Bis dahin aber werden alle Christen, die des Ostens und die des Westens, inständig gebeten, glühende und ausdauernde, ja tägliche Gebete an Gott zu richten, auf daß mit der Hilfe der hochheiligen Gottesgebälerin alle eins werden. Sie sollen auch beten, daß den vielen Christen der verschiedenen Kirchen, die Leid und Bedrängnis ertragen, weil sie den Namen Christi tapfer bekennen, vom Heiligen Geist, dem Beistand, die Fülle der Kraft und des Trostes zuströme.

„Laßt uns einander in brüderlicher Liebe zugetan sein, einander mit Achtung zuvorkommen“ (Röm 12, 10).

Was in diesem Dekret im gesamten und im einzelnen ausgesprochen ist, hat die Zustimmung der Väter gefunden. Und Wir, kraft der von Christus Uns übertragenen Apostolischen Vollmacht, billigen, beschließen und verordnen es zusammen mit den Ehrwürdigen Vätern im Heiligen Geiste und gebieten zur Ehre Gottes die Veröffentlichung dessen, was so durch das Konzil verordnet ist.

Rom, bei St. Peter, am 21. November 1964.

Ich PAULUS Bischof der katholischen Kirche

Es folgen die Unterschriften der Väter.

### Notificatio

Pro Decreto De Ecclesiis Orientalibus Catholicis Summus Pontifex statuit vacationem legis duorum mensium, facta tamen facultate Patriarchis illam iusta de causa reducendi vel prorogandi.

† PERICLES FELICI

Archiepiscopus tit. Samosatensis  
Ss. Oecumenici Concilii Vaticani II  
Secretarius Generalis

### Bekanntmachung

Für das Dekret „Über die katholischen Ostkirchen“ hat der Papst eine Frist von zwei Monaten bis zum Inkrafttreten verfügt, jedoch den Patriarchen die Vollmacht erteilt, die Frist aus triftigem Grunde zu verlängern oder zu verkürzen.

† PERICLES FELICI

Titularerzbischof von Samosata  
Generalsekretär des Heiligen Ökumenischen  
II. Vatikanischen Konzils

## DECRETUM DE OECUMENISMO

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI  
UNA CUM SACROSANCTI CONCILII PATRIBUS  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

PROOEMIUM

1. Unitatis redintegratio inter universos Christianos promovenda unum est ex praecipuis Sacrae Oecumenicae Synodi Vaticanae Secundae propositis. Una enim atque unica a Christo Domino condita est Ecclesia, plures tamen christianae Communiones sese ut Iesu Christi veram haereditatem hominibus proponunt; discipulos quidem Domini omnes se esse profitentur at diversa sentiunt et per diversas ambulant vias, ac si Christus Ipse divisus sit<sup>1</sup>. Quae sane divisio et aperte voluntati Christi contradicit et scandalo est mundo atque sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae affert detrimentum.

Dominus vero saeculorum, qui propositum gratiae suae erga nos peccatores sapienter et patienter prosequitur, novissime in Christianos inter se disiectos animi compunctionem et desiderium unionis abundantius effundere incepit. Qua gratia permulti ubique homines permoti sunt atque inter fratres quoque nostros seiunctos amplior in dies motus, Spiritus Sancti fovente gratia, exortus est ad omnium Christianorum unitatem restaurandam. Hunc autem unitatis motum, oecumenicum nuncupatum, participant qui Deum Trinum invocant atque Iesum confitentur Dominum et Salvatorem, nec modo singuli seiunctim, sed etiam in coetibus congregati, in quibus Evangelium audierunt quosque singuli Ecclesiam dicunt esse suam et Dei. Fere omnes tamen, etsi diverso modo, ad Ecclesiam Dei unam et visibilem adspirant, quae sit vere universalis et ad universum mundum missa ut mundus ad Evangelium convertatur et sic salvus fiat ad gloriam Dei.

Haec igitur Sacra Synodus ea omnia laeto animo considerans, cum iam doctrinam de Ecclesia decla-

## DEKRET ÜBER DEN ÖKUMENISMUS

PAULUS BISCHOF

DIENER DER DIENER GOTTES  
ZUSAMMEN MIT DEN VÄTERN DES  
HEILIGEN KONZILS  
ZUR FORTWÄHRENDEN ERINNERUNG

VORWORT

1. Die Einheit unter allen Christen wiederherstellen zu helfen ist eine der Hauptaufgaben des Heiligen Ökumenischen II. Vatikanischen Konzils. Denn Christus der Herr hat eine einige und einzige Kirche gegründet, und doch erheben mehrere christliche Gemeinschaften vor den Menschen den Anspruch, das wahre Erbe Jesu Christi darzustellen; sie alle bekennen sich als Jünger des Herrn, aber sie weichen in ihrem Denken voneinander ab und gehen verschiedene Wege, als ob Christus selber geteilt wäre<sup>1</sup>. Eine solche Spaltung widerspricht aber ganz offenbar dem Willen Christi, sie ist ein Ärgernis für die Welt und ein Schaden für die heilige Sache der Verkündigung des Evangeliums vor allen Geschöpfen.

Der Herr der Geschichte aber, der seinen Gnadenplan mit uns Sündern in Weisheit und Langmut verfolgt, hat in jüngster Zeit begonnen, über die gespaltene Christenheit ernste Reue und Sehnsucht nach Einheit reichlicher auszugießen. Von dieser Gnade sind heute überall sehr viele Menschen ergriffen, und auch unter unsern getrennten Brüdern ist unter der Einwirkung der Gnade des Heiligen Geistes eine sich von Tag zu Tag ausbreitende Bewegung zur Wiederherstellung der Einheit aller Christen entstanden. Diese Einheitsbewegung, die man als ökumenische Bewegung bezeichnet, wird von Menschen getragen, die den dreieinigen Gott anrufen und Jesus als Herrn und Erlöser bekennen, und zwar nicht nur einzeln für sich, sondern auch in ihren Gemeinschaften, in denen sie die frohe Botschaft vernommen haben und die sie ihre Kirche und Gottes Kirche nennen. Fast alle streben, wenn auch auf verschiedene Weise, zu einer einen, sichtbaren Kirche Gottes hin, die doch in Wahrheit allumfassend und zur ganzen Welt gesandt ist, damit sich die Welt zum Evangelium bekehre und so ihr Heil finde zur Ehre Gottes.

Dies alles erwägt die Heilige Synode freudigen Herzens und, nachdem sie die Lehre von der Kirche

<sup>1</sup> Cf. 1 Cor. 1, 13.

<sup>1</sup> Vgl. 1 Kor 1, 13.

raverit, desiderio unitatis inter omnes Christi discipulos restaurandae permota, Catholicis omnibus proponere vult adiumenta, vias ac modos quibus ipsi possint huic divinae vocationi et gratiae respondere.

#### CAPUT I

### De catholicis Oecumenismi principiis

2. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quod Filius Dei unigenitus a Patre in mundum missus est, ut homo factus totum genus humanum redimendo regeneraret atque in unum congregaret<sup>2</sup>. Qui antequam seipsum in ara crucis hostiam immaculatam offerret, Patrem pro credentibus oravit, dicens: «Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus quia tu me misisti» (Io. 17, 21), et in Ecclesia sua Eucharistiae mirabile sacramentum instituit, quo unitas Ecclesiae et significatur et efficitur. Discipulis suis novum mutui amoris mandatum dedit<sup>3</sup> atque Paraclitum Spiritum promisit<sup>4</sup> qui, Dominus et vivificans, cum eis maneret in aeternum.

Exaltatus autem in cruce et glorificatus Dominus Iesus Spiritum promissum effudit, per quem Novi Foederis populum, qui est Ecclesia, in unitatem fidei, spei et caritatis vocavit et congregavit, sicut docet Apostolus: «Unum corpus et unus Spiritus sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. Unus Dominus, una fides, unum baptisma» (Eph. 4, 4—5). Etenim «quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis . . . Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu» (Gal. 3, 27—28). Spiritus Sanctus, qui credentes inhabitat totamque replet atque regit Ecclesiam, miram illam communionem fidelium efficit et tam intime omnes in Christo coniungit, ut Ecclesiae unitatis sit Principium. Ille divisiones gratiarum et ministrationum operatur<sup>5</sup>, variis muneribus Ecclesiam Iesu Christi ditans «ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi» (Eph. 4, 12).

<sup>2</sup> Cf. 1 Io. 4, 9; Col. 1, 18—20; Io. 11, 52.

<sup>3</sup> Cf. Io. 13, 34.

<sup>4</sup> Cf. Io. 16, 7.

<sup>5</sup> Cf. 1 Cor. 12, 4—11.

dargestellt hat, möchte sie, bewegt von dem Wunsch nach der Wiederherstellung der Einheit unter allen Jüngern Christi, allen Katholiken die Mittel und Wege nennen und die Weise aufzeigen, wie sie selber diesem göttlichen Ruf und dieser Gnade Gottes entsprechen können.

#### ERSTES KAPITEL

### Die katholischen Prinzipien des Ökumenismus

2. Darin ist unter uns die Liebe Gottes erschienen, daß der eingeborene Sohn Gottes vom Vater in die Welt gesandt wurde, damit er, Mensch geworden, das ganze Menschengeschlecht durch die Erlösung zur Wiedergeburt führe und in eins versammle<sup>2</sup>. Bevor er sich selbst auf dem Altar des Kreuzes als makellose Opfertgabe darbrachte, hat er für alle, die an ihn glauben, zum Vater gebetet, „daß alle eins seien, wie Du, Vater, in mir, und ich in Dir, daß auch sie in uns eins seien: damit die Welt glaubt, daß Du mich gesandt hast“ (Jo 17, 21), und er hat in seiner Kirche das wunderbare Sakrament der Eucharistie gestiftet, durch das die Einheit der Kirche bezeichnet und bewirkt wird. Seinen Jüngern hat er das neue Gebot der gegenseitigen Liebe gegeben<sup>3</sup> und den Geist, den Beistand verheißen<sup>4</sup>, der als Herr und Lebensspender in Ewigkeit bei ihnen bleiben sollte.

Nachdem der Herr Jesus am Kreuze erhöht und verherrlicht war, hat er den verheißenen Geist ausgegossen, durch den er das Volk des Neuen Bundes, das die Kirche ist, zur Einheit des Glaubens, der Hoffnung und der Liebe berufen und versammelt, wie uns der Apostel lehrt: „Ein Leib und ein Geist, wie ihr berufen seid in einer Hoffnung eurer Berufung. Ein Herr, ein Glaube, eine Taufe“ (Eph 4, 4—5). Denn „ihr alle, die ihr auf Christus getauft seid, habt Christus angezogen . . . Ihr alle seid ja einer in Christus Jesus“ (Gal 3, 27—28). Der Heilige Geist, der in den Gläubigen wohnt und die ganze Kirche leitet und regiert, schafft diese wunderbare Gemeinschaft der Gläubigen und verbindet sie in Christus so innig, daß er das Prinzip der Einheit der Kirche ist. Er selbst wirkt die Verschiedenheit der Gaben und Dienste<sup>5</sup>, indem er die Kirche Jesu Christi mit mannigfaltigen Gaben bereichert „zur Vollendung der Heiligen im Werk des

<sup>2</sup> Vgl. 1 Jo 4, 9; Kol 1, 18—20; Jo 11, 52.

<sup>3</sup> Vgl. Jo 13, 34.

<sup>4</sup> Vgl. Jo 16, 7.

<sup>5</sup> Vgl. 1 Kor 12, 4—11.

Ad hanc autem sanctam suam Ecclesiam ubique terrarum usque ad consummationem saeculi stabi-  
liendam, Christus munus docendi, regendi et sanc-  
tificandi Collegio Duodecim concredidit<sup>6</sup>. Inter eos  
Petrum elegit, super quem post fidei confessionem  
Ecclesiam suam aedificare decrevit; cui claves regni  
caelorum promisit<sup>7</sup> atque, post suae dilectionis pro-  
fessionem, universas oves in fide confirmandas<sup>8</sup> et in  
perfecta unitate pascendas commisit<sup>9</sup>, Ipso Christo  
Iesu summo angulari lapide<sup>10</sup> et pastore animarum  
nostrarum<sup>11</sup> in aeternum manente.

Iesus Christus per Apostolorum eorumque suc-  
cessorum, nempe episcoporum cum Petri successore  
capite, fidelem Evangelii praedicationem sacramen-  
torumque administrationem, et per gubernationem  
in dilectione, Spiritu Sancto operante, populum  
suum crescere vult eiusque communionem perficit  
in unitate: in confessione unius fidei, in divini cul-  
tus communi celebratione, necnon in familiae Dei  
fraterna concordia.

Ita Ecclesia, unicus Dei grex, tamquam signum  
levatum in nationes<sup>12</sup>, Evangelium pacis ministrans  
toti generi humano<sup>13</sup>, peregrinatur in spe ad pa-  
triae supernae metam<sup>14</sup>.

Hoc est unitatis Ecclesiae sacrum mysterium, in  
Christo et per Christum, Spiritu Sancto munerum  
varietatem operante. Huius mysterii supremum  
exemplar et principium est in Trinitate Personarum  
unitas unius Dei Patris et Filii in Spiritu Sancto.

3. In hac una et unica Dei Ecclesia iam a primor-  
diis scissurae quaedam exortae sunt<sup>15</sup>, quas ut dam-  
nandas graviter vituperat Apostolus<sup>16</sup>; posteriori-  
bus vero saeculis ampliores natae sunt dissensiones,  
et Communitates haud exiguae a plena commu-

Dienstes, zum Aufbau des Leibes Christi“ (Eph  
4, 12).

Um nun diese seine heilige Kirche überall auf  
Erden bis zum Ende der Zeiten fest zu begründen,  
hat Christus das Amt der Lehre, der Leitung und  
der Heiligung dem Kollegium der Zwölf anver-  
traut<sup>6</sup>. Unter ihnen hat er den Petrus ausgewählt,  
auf dem er nach dem Bekenntnis des Glaubens seine  
Kirche zu bauen beschlossen hat; ihm hat er die  
Schlüssel des Himmelreiches verheißen<sup>7</sup> und nach  
dessen Liebesbekenntnis alle Schafe anvertraut, da-  
mit er sie im Glauben stärken<sup>8</sup> und in vollkom-  
mener Einheit weiden solle<sup>9</sup>, wobei Christus Jesus  
selbst der höchste Eckstein<sup>10</sup> und der Hirt unserer  
Seelen<sup>11</sup> in Ewigkeit bleibt.

Jesus Christus will, daß sein Volk durch die gläu-  
bige Predigt des Evangeliums und die Verwaltung  
der Sakramente durch die Apostel und durch ihre  
Nachfolger, die Bischöfe mit dem Nachfolger Petri  
als Haupt, sowie durch ihre Leitung in Liebe unter  
der Wirksamkeit des Heiligen Geistes wachse, und  
er vollendet ihre Gemeinschaft in der Einheit: im  
Bekenntnis des einen Glaubens, in der gemeinsamen  
Feier des Gottesdienstes und in der brüderlichen  
Eintracht der Familie Gottes.

So ist die Kirche, Gottes alleinige Herde, wie ein  
unter den Völkern erhobenes Zeichen<sup>12</sup>. Indem sie  
dem ganzen Menschengeschlecht den Dienst des  
Evangeliums des Friedens leistet<sup>13</sup>, pilgert sie in  
Hoffnung dem Ziel des ewigen Vaterlandes ent-  
gegen<sup>14</sup>.

Dies ist das heilige Geheimnis der Einheit der  
Kirche in Christus und durch Christus, indes der  
Heilige Geist die Mannigfaltigkeit der Gaben schafft.  
Höchstes Vorbild und Urbild dieses Geheimnisses  
ist die Einheit des einen Gottes, des Vaters und des  
Sohnes im Heiligen Geist in der Dreiheit der Per-  
sonen.

3. In dieser einen und einzigen Kirche Gottes  
sind schon von den ersten Zeiten an Spaltungen  
entstanden<sup>15</sup>, die der Apostel auf schwerste tadelt  
und verurteilt<sup>16</sup>; in den späteren Jahrhunderten  
aber sind noch tiefer gehende Gegensätze entstan-

<sup>6</sup> Cf. Matth. 28, 18—20, collato Io. 20, 21—23.

<sup>7</sup> Cf. Matth. 16, 19, collato Matth. 18, 18.

<sup>8</sup> Cf. Lc. 22, 32.

<sup>9</sup> Cf. Io. 21, 15—17.

<sup>10</sup> Cf. Eph. 2, 20.

<sup>11</sup> Cf. 1 Petr. 2, 25; Conc. Vaticanum I, Sess. IV (1870),  
Constitutio Pastor Aeternus: Coll. Lac. 7, 482 a.

<sup>12</sup> Cf. Is. 11, 10—12.

<sup>13</sup> Cf. Eph. 2, 17—18, collato Mc. 16, 15.

<sup>14</sup> Cf. 1 Petr. 1, 3—9.

<sup>15</sup> Cf. 1 Cor. 11, 18—19; Gal. 1, 6—9; 1 Io. 2, 18—19.

<sup>16</sup> Cf. 1 Cor. 1, 11 ss.; 11, 22.

<sup>6</sup> Vgl. Mt 28, 18—20 in Verbindung mit Jo 20, 21—23.

<sup>7</sup> Vgl. Mt 16, 19 in Verbindung mit Mt 18, 18.

<sup>8</sup> Vgl. Lk 22, 32.

<sup>9</sup> Vgl. Jo 21, 15—17.

<sup>10</sup> Vgl. Eph 2, 20.

<sup>11</sup> Vgl. 1 Petr 2, 25; I. Vatikanisches Konzil, Sessio IV (1870),  
Constitutio Pastor Aeternus: Coll. Lac. 7, 482 a.

<sup>12</sup> Vgl. Is 11, 10—12.

<sup>13</sup> Vgl. Eph 2, 17—18, in Verbindung mit Mk 16, 15.

<sup>14</sup> Vgl. 1 Petr 1, 3—9.

<sup>15</sup> Vgl. 1 Kor 11, 18—19; Gal 1, 6—9; 1 Jo 2, 18—19.

<sup>16</sup> Vgl. 1 Kor 1, 11 ff; 11, 22.

nione Ecclesiae catholicae seiunctae sunt, quandoque non sine hominum utriusque partis culpa. Qui autem nunc in talibus Communitatibus nascuntur et fide Christi imbuuntur, de separationis peccato argui nequeunt, eosque fraterna reverentia et dilectione amplectitur Ecclesia catholica. Hi enim qui in Christum credunt et baptismum rite receperunt, in quadam cum Ecclesia catholica communionem, etsi non perfecta, constituuntur. Profecto, ob discrepantias variis modis vigentes inter eos et Ecclesiam catholicam tum in re doctrinali et quandoque etiam disciplinari tum circa structuram Ecclesiae, plenae ecclesiasticae communioni opponuntur impedimenta non pauca, quandoque graviora, ad quae superanda tendit motus oecumenicus. Nihilominus, iustificati ex fide in baptisate, Christo incorporantur<sup>17</sup>, ideoque christiano nomine iure decorantur et a filiis Ecclesiae catholicae ut fratres in Domino merito agnoscuntur<sup>18</sup>.

Insuper ex elementis seu bonis, quibus simul sumptis ipsa Ecclesia aedificatur et vivificatur, quaedam immo plurima et eximia exstare possunt extra visibilia Ecclesiae catholicae saepta: Verbum Dei scriptum, vita gratiae, fides, spes et caritas, aliaque interiora Spiritus Sancti dona ac visibilia elementa: haec omnia, quae a Christo proveniunt et ad Ipsum conducunt, ad unicam Christi Ecclesiam iure pertinent.

Non paucae etiam christianae religionis actiones sacrae apud fratres a nobis seiunctos peraguntur, quae variis modis secundum diversam condicionem uniuscuiusque Ecclesiae vel Communitatis procul dubio vitam gratiae reapse generare possunt atque aptae dicendae sunt quae ingressum in salutis communionem pandant.

Proinde ipsae Ecclesiae<sup>19</sup> et Communitates seiunctae, etsi defectus illas pati credimus, nequaquam in mysterio salutis significatione et pondere exutae sunt. Iis enim Spiritus Christi uti non renuit tam-

den, und es kam zur Trennung recht großer Gemeinschaften von der vollen Gemeinschaft der katholischen Kirche, oft nicht ohne Schuld der Menschen auf beiden Seiten. Den Menschen jedoch, die jetzt in solchen Gemeinschaften geboren sind und in ihnen den Glauben an Christus erlangen, darf die Schuld der Trennung nicht zur Last gelegt werden — die katholische Kirche betrachtet sie als Brüder, in Verehrung und Liebe. Denn wer an Christus glaubt und in der rechten Weise die Taufe empfangen hat, steht dadurch in einer gewissen, wenn auch nicht vollkommenen Gemeinschaft mit der katholischen Kirche. Da es zwischen ihnen und der katholischen Kirche sowohl in der Lehre und bisweilen auch in der Disziplin wie auch bezüglich der Struktur der Kirche Diskrepanzen verschiedener Art gibt, so stehen sicherlich nicht wenige Hindernisse der vollen kirchlichen Gemeinschaft entgegen, bisweilen recht schwerwiegende, um deren Überwindung die ökumenische Bewegung bemüht ist. Nichtsdestoweniger sind sie durch den Glauben in der Taufe gerechtfertigt und dem Leibe Christi eingegliedert<sup>17</sup>, darum gebührt ihnen der Ehrenname des Christen, und mit Recht werden sie von den Söhnen der katholischen Kirche als Brüder im Herrn anerkannt<sup>18</sup>.

Hinzu kommt, daß einige, ja sogar viele und bedeutende Elemente oder Güter, aus denen insgesamt die Kirche erbaut wird und ihr Leben gewinnt, auch außerhalb der sichtbaren Grenzen der katholischen Kirche existieren können: das geschriebene Wort Gottes, das Leben der Gnade, Glaube, Hoffnung und Liebe und andere innere Gaben des Heiligen Geistes und sichtbare Elemente: all dieses, das von Christus ausgeht und zu ihm hinführt, gehört rechtens zu der einzigen Kirche Christi.

Auch zahlreiche liturgische Handlungen der christlichen Religion werden bei den von uns getrennten Brüdern vollzogen, die auf verschiedene Weise je nach der verschiedenen Verfaßtheit einer jeden Kirche und Gemeinschaft ohne Zweifel tatsächlich das Leben der Gnade zeugen können und als geeignete Mittel für den Zutritt zur Gemeinschaft des Heiles angesehen werden müssen.

Ebenso sind diese getrennten Kirchen<sup>19</sup> und Gemeinschaften trotz der Mängel, die ihnen nach unserem Glauben anhaften, nicht ohne Bedeutung und Gewicht im Geheimnis des Heiles. Denn der Geist

<sup>17</sup> Cf. Conc. Florentinum, Sess. VIII (1439), Decretum Exsultate Deo: Mansi 31, 1055 A.

<sup>18</sup> Cf. S. Augustinus, In Ps. 32, Enarr. II, 29: PL 36, 299.

<sup>19</sup> Cf. Conc. Lateranense IV (1215), Constitutio IV: Mansi 22, 990; Conc. Lugdunense II (1274), Professio fidei Michaelis Palaeologi: Mansi 24, 71 E; Conc. Florentinum, Sess. VI (1439), Definitio Laetentur caeli: Mansi 31, 1026 E.

<sup>17</sup> Vgl. Konzil v. Florenz, Sess. VIII (1439), Dekret Exsultate Deo: Mansi 31, 1055 A.

<sup>18</sup> Vgl. S. Augustinus, In Ps. 32, Enarratio II, 29: PL 36, 299.

<sup>19</sup> Vgl. IV. Laterankonzil (1215), Constitutio IV: Mansi 22, 990; II. Konzil v. Lyon (1274), Professio fidei Michaelis Palaeologie: Mansi 24, 71 E; Konzil v. Florenz, Sessio VI (1439), Definitio Laetentur caeli: Mansi 31, 1026 E.



quam salutis mediis, quorum virtus derivatur ab ipsa plenitudine gratiae et veritatis quae Ecclesiae catholicae concredita est.

Attamen fratres a nobis seiuncti, sive singuli sive Communitates et Ecclesiae eorum, unitate illa non fruuntur, quam Iesus Christus iis omnibus dilargiri voluit quos in unum corpus et in novitatem vitae regeneravit et convivificavit, quamque Sacrae Scripturae et veneranda Ecclesiae Traditio profitentur. Per solam enim catholicam Christi Ecclesiam, quae generale auxilium salutis est, omnis salutarium medicorum plenitudo attingi potest. Uni nempe Collegio apostolico cui Petrus praestitimus Dominum commississe omnia bona Foederis Novi, ad constituendum unum Christi corpus in terris, cui plene incorporarentur oportet omnes, qui ad populum Dei iam aliquo modo pertinent. Qui populus, durante sua terrestri peregrinatione, quamvis in membris suis peccato obnoxius remaneat, in Christo crescit et a Deo, secundum Eius arcana consilia, suaviter ducitur, usquedum ad totam aeternae gloriae plenitudinem in caelesti Ierusalem laetus perveniat.

4. Cum hodie in pluribus orbis partibus, afflante Spiritus Sancti gratia, oratione, verbo et opere multi conatus fiant accedendi ad illam plenitudinem unitatis, quam Iesus Christus vult, haec Sancta Synodus cunctos fideles catholicos hortatur ut, signa temporum agnoscentes, operi oecumenico sollerter participant.

Per «Motum oecumenicum» intelliguntur activitates et incepta, quae pro variis Ecclesiae necessitatibus et opportunitatibus temporum ad Christianorum unitatem fovendam suscitantur et ordinantur, ut sunt: primum, omnes conatus ad eliminanda verba, iudicia et opera, quae fratrum seiunctorum conditioni secundum aequitatem et veritatem non respondeant, ideoque mutuas cum ipsis rationes difficiliore reddant; dein, in conventibus Christianorum ex diversis Ecclesiis vel Communitatibus in spiritu religioso ordinatis, «dialogus» inter peritos apte instructos initus, in quo unusquisque suae Communionis doctrinam profundius explicat eiusque characteres perspicue praesentat. Per hunc enim dialogum veriorem utriusque Communionis doctrinae vitaeque cognitionem et magis aequam aestimationem omnes acquirunt; tum etiam illae Communiones eam consequuntur ampliorem collaboratio-

Christi hat sich gewürdigt, sie als Mittel des Heiles zu gebrauchen, deren Wirksamkeit sich von der der katholischen Kirche anvertrauten Fülle der Gnade und Wahrheit herleitet.

Dennoch erfreuen sich die von uns getrennten Brüder, sowohl als einzelne wie auch als Gemeinschaften und Kirchen betrachtet, nicht jener Einheit, die Jesus Christus all denen schenken wollte, die er zu einem Leibe und zur Neuheit des Lebens wiedergeboren und lebendig gemacht hat, jener Einheit, die die Heilige Schrift und die verehrungswürdige Tradition der Kirche bekennt. Denn nur durch die katholische Kirche Christi, die das allgemeine Hilfsmittel des Heiles ist, kann man Zutritt zu der ganzen Fülle der Heilmittel haben. Denn einzig dem Apostelkollegium, an dessen Spitze Petrus steht, hat der Herr, so glauben wir, alle Güter des Neuen Bundes anvertraut, um den einen Leib Christi auf Erden zu konstituieren, welchem alle völlig eingegliedert werden müssen, die schon auf irgendeine Weise zum Volke Gottes gehören. Dieses Volk Gottes bleibt zwar während seiner irdischen Pilgerschaft in seinen Gliedern der Sünde ausgesetzt, aber es wächst in Christus und wird von Gott nach seinem geheimnisvollen Ratschluß sanft geleitet, bis es zur ganzen Fülle der ewigen Herrlichkeit im himmlischen Jerusalem freudig gelangt.

4. Unter dem Wehen der Gnade des Heiligen Geistes gibt es heute in vielen Ländern auf Erden Bestrebungen, durch Gebet, Wort und Werk zu jener Fülle der Einheit zu gelangen, die Jesus Christus will. Daher mahnt dieses Heilige Konzil alle katholischen Gläubigen, daß sie, die Zeichen der Zeit erkennend, mit Eifer an dem ökumenischen Werk teilnehmen.

Unter der „Ökumenischen Bewegung“ versteht man Tätigkeiten und Unternehmungen, die je nach den verschiedenartigen Bedürfnissen der Kirche und nach Möglichkeit der Zeitverhältnisse zur Förderung der Einheit der Christen ins Leben gerufen und auf dieses Ziel ausgerichtet sind. Dazu gehört: Zunächst alles Bemühen zur Ausmerzungen aller Worte, Urteile und Taten, die der Lage der getrennten Brüder nach Gerechtigkeit und Wahrheit nicht entsprechen und dadurch die gegenseitigen Beziehungen mit ihnen erschweren; ferner der „Dialog“, der bei Zusammenkünften der Christen aus verschiedenen Kirchen oder Gemeinschaften, die vom Geist der Frömmigkeit bestimmt sind, von wohlunterrichteten Sachverständigen geführt wird, wobei ein jeder die Lehre seiner Gemeinschaft tiefer und genauer erklärt, so daß das Charakteristische daran deutlich hervortritt. Durch diesen Dialog er-

nem in quibusvis officiis ad bonum commune ab omni conscientia christiana postulatis, et in oratione unanimi, sicubi licet, conveniunt. Denique omnes suam fidelitatem voluntati Christi circa Ecclesiam examinant atque, ut oportet, opus renovationis nec non reformationis strenue aggrediuntur.

Quae omnia, cum a fidelibus Ecclesiae catholicae sub pastorum vigilantia prudenter et patienter perficiuntur, ad bonum aequitatis et veritatis, concordiae et collaborationis, fraterni animi et unionis conferunt; ut hac via paulatim, superatis obstaculis perfectam communionem ecclesiasticam impediens, omnes Christiani, in una Eucharistiae celebratione, in unius uniceque Ecclesiae unitatem congregentur quam Christus ab initio Ecclesiae suae largitus est, quamque inamissibilem in Ecclesia catholica subsistere credimus et usque ad consummationem saeculi in dies crescere speramus.

Patet autem opus praeparationis ac reconciliationis eorum singulorum qui plenam communionem catholicam desiderant, ab oecumenico incepto natura sua distingui; nulla tamen adest oppositio, cum utrumque ex Dei mirabili dispositione procedat.

Fideles catholici in actione oecumenica sine dubio de fratribus seiunctis solliciti sint oportet, pro illis orando, de rebus Ecclesiae cum illis communicando, primos gressus ad illos movendo. In primis vero ipsimet sincero attentoque animo ea perpendere debent, quae in ipsa Familia catholica renovanda et efficienda sunt, ut eius vita fidelius et clarius testimonium reddat de doctrina institutisque a Christo per Apostolos traditis.

Quamvis enim Ecclesia catholica omni a Deo revelata veritate et omnibus mediis gratiae ditata sit, tamen membra eius non omni quo par est fervore inde vivunt, ita ut vultus Ecclesiae fratribus a nobis seiunctis et universo mundo minus affulgeat atque regni Dei incrementum retardetur. Quapropter Catholici omnes ad perfectionem christianam

werben alle eine bessere Kenntnis der Lehre und des Lebens jeder von beiden Gemeinschaften und eine gerechtere Würdigung derselben. Von hier aus gelangen diese Gemeinschaften auch zu einer stärkeren Zusammenarbeit in den Aufgaben des Gemeinwohls, die jedes christliche Gewissen fordert, und sie kommen, wo es erlaubt ist, zum gemeinsamen Gebet zusammen. Schließlich prüfen hierbei alle ihre Treue gegenüber dem Willen Christi hinsichtlich der Kirche und gehen tatkräftig ans Werk der notwendigen Erneuerung und Reform.

Wenn dies alles von den Gläubigen der katholischen Kirche unter der Aufsicht ihrer Hirten mit Klugheit und Geduld vollzogen wird, trägt es zur Verwirklichung der Gerechtigkeit und Wahrheit, Eintracht und Zusammenarbeit, der brüderlichen Liebe und Einheit bei, so daß dadurch allmählich die Hindernisse, die sich der völligen kirchlichen Gemeinschaft entgegenstellen, überwunden und alle Christen zur selben Eucharistiefeyer, zur Einheit der einen und einzigen Kirche versammelt werden, die Christus seiner Kirche von Anfang an geschenkt hat, eine Einheit, die nach unserem Glauben unverlierbar in der katholischen Kirche besteht, und die, wie wir hoffen, immer mehr wachsen wird bis zur Vollendung der Zeiten.

Es ist klar, daß die Vorbereitung und die Wiederaufnahme solcher Einzelner, die die volle katholische Gemeinschaft wünschen, ihrer Natur nach etwas von dem ökumenischen Werk Verschiedenes ist; es besteht jedoch kein Gegensatz zwischen ihnen, da beides aus dem wunderbaren Ratschluß Gottes hervorgeht.

Ohne Zweifel müssen die katholischen Gläubigen bei ihrer ökumenischen Aktion um die getrennten Christen besorgt sein, indem sie für sie beten, sich über kirchliche Angelegenheiten mit ihnen austauschen, den ersten Schritt zu ihnen tun. Aber in erster Linie sollen sie doch ehrlich und eifrig ihr Nachdenken darauf richten, was in der eigenen katholischen Familie zu erneuern und was zu tun ist, damit ihr Leben mit mehr Treue und Klarheit für die Lehre und die Einrichtungen Zeugnis gebe, die ihnen von Christus her durch die Apostel überkommen sind.

Obgleich nämlich die katholische Kirche den ganzen Reichtum der von Gott offenbarten Wahrheit und der Gnadenmittel besitzt, ist es doch Tatsache, daß ihre Glieder nicht mit der entsprechenden Glut daraus leben, so daß das Antlitz der Kirche den von uns getrennten Brüdern und der ganzen Welt nicht recht aufleuchtet und das Wachstum des Reiches Gottes verzögert wird. Deshalb müssen alle Katho-

tendere debent<sup>20</sup> atque, pro sua quisque condicione, eniti ut Ecclesia, humilitatem et mortificationem Iesu in corpore suo portans<sup>21</sup>, de die in diem mundetur et renovetur, donec Christus eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam aut rugam<sup>22</sup>.

In necessariis unitatem custodientes, omnes in Ecclesia, secundum munus unicuique datum, cum in variis formis vitae spiritualis et disciplinae, tum in diversitate liturgicorum rituum, immo et in theologica veritatis revelatae elaboratione, debitam libertatem servant; in omnibus vero caritatem colant. Hac enim agendi ratione ipsi veri nominis catholicitatem simul et apostolicitatem Ecclesiae in dies plenius manifestabunt.

Ex altera parte necessarium est Catholicos cum gaudio agnoscere et aestimare bona vere christiana, a communi patrimonio promanantia, quae apud fratres a nobis seiunctos inveniuntur. Divitias Christi et virtutum opera agnoscere in vita aliorum, qui pro Christo testimonium ferunt, quandoque usque ad sanguinis effusionem, aequum et salutare est: Deus enim semper mirabilis est et mirandus in operibus suis.

Neque est praetereundum, quaecumque Spiritus Sancti gratia in fratribus seiunctis efficiuntur, eadem ad nostram quoque aedificationem conferre posse. Quodcumque vere christianum est, numquam germanis fidei bonis adversatur, immo semper efficere potest ut perfectius ipsum mysterium Christi et Ecclesiae attingatur.

Attamen divisiones Christianorum impedimento Ecclesiae sunt quominus ipsa ad effectum deducat plenitudinem catholicitatis sibi propriam in iis filiis, qui sibi quidem baptisate appositi, sed a sua plena communionem seiuncti sunt. Immo et pro ipsa Ecclesia difficilius fit plenitudinem catholicitatis sub omni respectu in ipsa vitae realitate exprimere.

Haec Sacra Synodus cum gaudio advertit participationem fidelium catholicorum in actione oecumenica in dies augeri, eamque episcopis ubique terrarum commendat, ut eadem promoveatur sollertiter, et prudenter ab ipsis dirigatur.

liken zur christlichen Vollkommenheit streben<sup>20</sup> und, ihrer jeweiligen Stellung entsprechend, bemüht sein, daß die Kirche, die die Niedrigkeit und das Todesleiden Christi an ihrem Leibe trägt<sup>21</sup>, von Tag zu Tag geläutert und erneuert werde, bis Christus sie sich dereinst glorreich darstellt, ohne Makel und Runzeln<sup>22</sup>.

Alle in der Kirche sollen unter Wahrung der Einheit im Notwendigen je nach der Aufgabe eines jeden in den verschiedenen Formen des geistlichen Lebens und der äußeren Lebensgestaltung, in der Verschiedenheit der liturgischen Riten sowie der theologischen Ausarbeitung der Offenbarungswahrheit die gebührende Freiheit walten lassen, in allem aber die Liebe üben. Auf diese Weise werden sie die wahre Katholizität und Apostolizität der Kirche immer vollständiger zum Ausdruck bringen.

Auf der anderen Seite ist es notwendig, daß die Katholiken die wahrhaft christlichen Güter aus dem gemeinsamen Erbe mit Freude anerkennen und hochschätzen, die sich bei den von uns getrennten Brüdern finden. Es ist billig und heilsam, die Reichtümer Christi und die Werke der Tugenden im Leben der anderen anzuerkennen, die für Christus Zeugnis geben, manchmal bis zur Hingabe des Lebens: Denn Gott ist immer wunderbar und bewunderungswürdig in seinen Werken.

Man darf auch nicht übergehen, daß alles, was von der Gnade des Heiligen Geistes in den Herzen der getrennten Brüder gewirkt wird, auch zu unserer eigenen Auferbauung beitragen kann. Denn was wahrhaft christlich ist, steht niemals im Gegensatz zu den echten Gütern des Glaubens, sondern kann immer dazu helfen, daß das Geheimnis Christi und der Kirche vollkommener erfaßt werde.

Aber gerade die Spaltungen der Christen sind für die Kirche ein Hindernis, daß sie die ihr eigene Fülle der Katholizität in jenen Söhnen wirksam werden läßt, die ihr zwar durch die Taufe zugehören, aber von ihrer völligen Gemeinschaft getrennt sind. Ja, es wird dadurch auch für die Kirche selber schwieriger, die Fülle der Katholizität unter jedem Aspekt in der Wirklichkeit des Lebens auszuprägen.

Mit Freude bemerkt das Heilige Konzil, daß die Teilnahme der katholischen Gläubigen am ökumenischen Werk von Tag zu Tag wächst, und empfiehlt sie den Bischöfen auf dem ganzen Erdkreis, daß sie von ihnen eifrig gefördert und mit Klugheit geleitet werde.

<sup>20</sup> Cf. Iac. 1, 4; Rom. 12, 1—2.

<sup>21</sup> Cf. 2 Cor. 4, 10; Phil. 2, 5—8.

<sup>22</sup> Cf. Eph. 5, 27.

<sup>20</sup> Vgl. Jak 1, 4; Röm 12, 1—2.

<sup>21</sup> Vgl. 2 Kor 4, 10; Phil 2, 5—8.

<sup>22</sup> Vgl. Eph 5, 27.

## CAPUT II

## De Oecumenismi exercitio

5. Ad totam Ecclesiam sollicitudo unionis instaurandae spectat, tam ad fideles quam ad pastores et unumquemque secundum propriam virtutem afficit, sive in vita christiana quotidiana sive in theologis et historicis investigationibus. Haec cura fraternam coniunctionem inter omnes Christianos existentem iam quodammodo manifestat, atque ad plenam perfectamque unitatem secundum Dei benevolentiam conducit.

6. Cum omnis renovatio Ecclesiae<sup>23</sup> essentialiter in aucta fidelitate erga vocationem eius consistat, ea procul dubio ratio est cur motus versus unitatem contendat. Ecclesia in via peregrinans vocatur a Christo ad hanc perennem reformationem qua ipsa, qua humanum terrenumque institutum, perpetuo indiget; ita ut si quae, pro rerum temporumque adiunctis, sive in moribus, sive in ecclesiastica disciplina, sive etiam in doctrinae enuntiandae modo — qui ab ipso deposito fidei sedulo distingui debet — minus accurate servata fuerint, opportuno tempore recte debiteque instaurentur.

Haec igitur renovatio insigne obtinet momentum oecumenicum. Varii autem illi modi vitae Ecclesiae, per quos haec renovatio iam efficitur — ut sunt motus biblicus et liturgicus, praedicatio Verbi Dei atque catechesis, laicorum apostolatus, vitae religiosae novae formae, matrimonii spiritualitas, doctrina et activitas Ecclesiae in re sociali, — tamquam pignora et auspicia quaedam sunt habenda, quae futuros oecumenismi progressus fauste portendunt.

7. Oecumenismus veri nominis sine interiore conversione non datur. Etenim ex novitate mentis<sup>24</sup>, ex sui ipsius abnegatione atque ex caritatis liberrima effusione proficiscuntur et maturescunt desideria unitatis. Ideo a Spiritu divino imploranda nobis est gratia sincerae abnegationis, humilitatis et mansuetudinis in serviendo, atque fraternae in alios animi

## ZWEITES KAPITEL

## Die praktische Verwirklichung des Ökumenismus

5. Die Sorge um die Wiederherstellung der Einheit ist Sache der ganzen Kirche, sowohl der Gläubigen wie auch der Hirten, und geht einen jeden an, je nach seiner Fähigkeit, sowohl in seinem täglichen christlichen Leben wie auch bei theologischen und historischen Untersuchungen. Diese Sorge macht schon einigermaßen deutlich, daß eine brüderliche Verbindung zwischen allen Christen schon vorhanden ist; sie ist es, die schließlich nach dem gnädigen Willen Gottes zur vollen und vollkommenen Einheit hinführt.

6. Jede Erneuerung der Kirche<sup>23</sup> besteht wesentlich im Wachstum der Treue gegenüber ihrer eigenen Berufung, und so ist ohne Zweifel hierin der Sinn der Bewegung in Richtung auf die Einheit zu sehen. Die Kirche wird auf dem Wege ihrer Pilgerschaft von Christus zu dieser dauernden Reform gerufen, deren sie allzeit bedarf, soweit sie menschliche und irdische Einrichtung ist, was also etwa je nach den Umständen und Zeitverhältnissen im sittlichen Leben, in der Kirchenzucht oder auch in der Art der Lehrverkündigung — die von dem Glaubensschatz selbst genau unterschieden werden muß — nicht genau genug bewahrt worden ist, muß deshalb zu gegebener Zeit sachgerecht und pflichtgemäß erneuert werden.

Dieser Erneuerung kommt also eine besondere ökumenische Bedeutung zu. Und so sind die verschiedenen Lebensäußerungen der Kirche, in denen diese Erneuerung sich schon verwirklicht — wie etwa die biblische und die liturgische Bewegung, die Predigt des Wortes Gottes und die Katechese, das Laienapostolat, neue Formen des gottgeweihten Lebens, die Spiritualität der Ehe, die Lehre und Wirksamkeit der Kirche im sozialen Bereich — als Unterpfand und als gute Vorbedeutung zu sehen, die den künftigen Fortschritt des Ökumenismus schon verheißungsvoll ankündigen.

7. Es gibt keinen echten Ökumenismus ohne innere Bekehrung. Denn aus dem Neuwerden des Geistes<sup>24</sup>, aus der Selbstverleugnung und aus dem freien Strömen der Liebe erwächst und reift das Verlangen nach der Einheit. Deshalb müssen wir vom göttlichen Geiste die Gnade aufrichtiger Selbstverleugnung, der Demut und des geduldigen Dien-

<sup>23</sup> Cf. Conc. Lateranense V, Sess. XII (1517), Constitutio Constituti: Mansi 32, 988 B—C.

<sup>24</sup> Cf. Eph. 4, 23.

<sup>23</sup> Vgl. V. Laterankonzil, Sessio XII (1517), Constitutio Constituti: Mansi 32, 988 B—C.

<sup>24</sup> Vgl. Eph 4, 23.

liberalitatis. «Obsecro itaque vos», ait Apostolus gentium, «ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis» (Eph. 4, 1—3). Exhortatio haec illos praesertim spectat, qui ad sacrum ordinem eo consilio evecti sunt, ut continetur missio Christi, qui inter nos «non venit ministrari, sed ministrare» (Mt. 20, 28).

De culpis etiam adversus unitatem valet testimonium S. Ioannis: «Si dixerimus quoniam non peccavimus: mendacem facimus eum, et verbum eius non est in nobis» (1 Jo. 1, 10). Humili igitur prece veniam petimus a Deo et a fratribus seiunctis, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Meminerint omnes christifideles se Christianorum unionem eo melius promovere, immo exercere, quo puriorem secundum Evangelium vitam degere studeant. Quo enim arctiore communione cum Patre, Verbo et Spiritu unientur, eo intimius atque facilius mutuam fraternitatem augere valebunt.

8. Haec cordis conversio vitaeque sanctitas, una cum privatis et publicis supplicationibus pro Christianorum unitate, tamquam anima totius motus oecumenici existimandae sunt et merito oecumenismus spiritualis nuncupari possunt.

Sollemne enim est Catholicis frequenter ad illam orationem convenire pro Ecclesiae unitate, quam Salvator Ipse in pervigilio mortis a Patre flagranter precatus est: «Ut omnes unum sint» (Jo. 17, 21).

In quibusdam peculiaribus rerum adiunctis, cuiusmodi sunt preces quae «pro unitate» indicuntur, atque in oecumenicis conventibus licitum est immo et optandum, ut Catholici cum fratribus seiunctis in oratione consocientur. Communes eiusmodi preces perefficax sane medium sunt gratiae unitatis impetrandae et genuina significatio vinculorum, quibus Catholici cum fratribus seiunctis adhuc coniunguntur: «Ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum» (Mt. 18, 20).

Attamen communicationem in sacris considerare non licet velut medium indiscretim adhibendum

stes sowie der brüderlichen Herzensgüte zueinander erleben. Der Völkerapostel sagt: „So ermahne ich euch denn, ich der Gefangene im Herrn, wandelt würdig der Berufung, zu der ihr berufen seid, mit aller Demut und Sanftmut, ertraget einander geduldig in Liebe; bestrebt euch, die Einheit des Geistes zu bewahren durch das Band des Friedens“ (Eph 4, 1—3). Diese Mahnung gilt besonders denen, die die heiligen Weihen empfangen haben, damit die Sendung Christi, der zu uns kam, „nicht um bedient zu werden, sondern um zu dienen“ (Mt 20, 28), ihre Fortsetzung finde.

Auch von den Sünden gegen die Einheit gilt das Zeugnis des heiligen Johannes: „Wenn wir sagen, wir hätten nicht gesündigt, so machen wir ihn zum Lügner, und sein Wort ist nicht in uns“ (1 Jo 1, 10). In Demut bitten wir also Gott und die getrennten Brüder um Verzeihung, wie auch wir unseren Schuldigern vergeben.

Alle Christgläubigen sollen sich bewußt sein, daß sie die Einheit der Christen um so besser fördern, ja sogar einüben, je mehr sie nach einem reinen Leben gemäß dem Evangelium streben. Je inniger die Gemeinschaft ist, die sie mit dem Vater, dem Wort und dem Geist vereint, um so inniger und leichter werden sie imstande sein, die gegenseitige Brüderlichkeit zu vertiefen.

8. Diese Bekehrung des Herzens und die Heiligkeit des Lebens ist in Verbindung mit dem privaten und öffentlichen Gebet für die Einheit der Christen als die Seele der ganzen ökumenischen Bewegung anzusehen; sie kann mit Recht geistlicher Ökumenismus genannt werden.

Es ist unter Katholiken schon üblich geworden, daß sie häufig zu diesem Gebet für die Einheit der Kirche zusammenkommen, die der Heiland selbst am Vorabend seines Todes vom Vater inständig erfleht hat: „Daß alle eins seien“ (Jo 17, 21).

Bei besonderen Anlässen, zum Beispiel bei Gebeten, die „für die Einheit“ verrichtet werden, und bei ökumenischen Versammlungen, ist es erlaubt und auch erwünscht, daß sich die Katholiken mit den getrennten Brüdern im Gebet zusammenfinden. Solche gemeinsamen Gebete sind ein wirksames Mittel, um die Gnade der Einheit zu erleben, und ein echter Ausdruck der Gemeinsamkeit, in der die Katholiken mit den getrennten Brüdern immer noch verbunden sind: „Denn wo zwei oder drei versammelt sind in meinem Namen, da bin ich mitten unter ihnen“ (Mt 18, 20).

Man darf jedoch die Gemeinschaft beim Gottesdienst (communicatio in sacris) nicht als ein allge-

ad Christianorum unitatem restaurandam. Quae communicatio a duobus principiis praecipue pendet: ab unitate Ecclesiae significanda, et a participatione in mediis gratiae. Significatio unitatis plerumque vetat communicationem. Gratia procuranda quandoque illam commendat. De modo concreto agendi, attentis omnibus circumstantiis temporum, locorum et personarum, prudenter decernat auctoritas episcopalis localis, nisi aliud a conferentia episcopali, ad normam propriorum statutorum, vel a Sancta Sede statuatur.

9. Fratrum seiunctorum animum cognoscere oportet. Ad hoc necessario requiritur studium, quod secundum veritatem et animo benevolo peragendum est. Catholici debito modo praeparati acquirant necesse est meliorem cognitionem doctrinae et historiae, vitae spiritualis et culturalis, psychologiae religiosae et culturae, quae fratribus propria est. Ad id assequendum multum iuvant ex utraque parte conventus ad theologicas praesertim quaestiones tractandas, ubi unusquisque par cum pari agat, dummodo qui in illis partem habent sub praesulum vigilantia vere periti sint. Ex tali dialogo etiam clarius innotescet, quae sit revera Ecclesiae catholicae condicio. Hac via et seiunctorum fratrum mens melius cognoscetur eisque fides nostra aptius exponetur.

10. Sacrae theologiae institutiones et aliae disciplinae praesertim historicae tradantur oportet etiam sub aspectu oecumenico, ut usque accuratius rerum veritati respondeant.

Multum enim interest futuros pastores et sacerdotes pollere theologia hoc modo adamussim elaborata, non polemicè, in iis imprimis, quae fratrum seiunctorum erga Ecclesiam catholicam relationes spectant.

A sacerdotum enim formatione necessaria institutio ac formatio spiritualis fidelium et religiosorum quam maxime pendet.

Etiam Catholici in missionalia opera in iisdem terris ac alii Christiani incumbentes hodie praeser-

mein und ohne Unterscheidung gültiges Mittel zur Wiederherstellung der Einheit der Christen ansehen. Hier sind hauptsächlich zwei Prinzipien maßgebend: Die Bezeugung der Einheit der Kirche und die Teilnahme an den Mitteln der Gnade. Die Bezeugung der Einheit verbietet in den meisten Fällen die Gottesdienstgemeinschaft, die Sorge um die Gnade empfiehlt sie indessen in manchen Fällen. Wie man sich hier konkret zu verhalten hat, soll unter Berücksichtigung aller Umstände der Zeit, des Ortes und der Personen die örtliche bischöfliche Autorität in klugem Ermessen entscheiden, soweit nicht etwas anderes von der Bischofskonferenz nach Maßgabe ihrer eigenen Statuten oder vom Heiligen Stuhl bestimmt ist.

9. Man muß den Geist und die Sinnesart der getrennten Brüder kennen. Dazu bedarf es notwendig des Studiums, das der Wahrheit gemäß und in wohlwollender Gesinnung durchzuführen ist. Katholiken, die dazu gebührend gerüstet sind, sollen sich eine bessere Kenntnis der Lehre und der Geschichte, des geistlichen und liturgischen Lebens, der religiösen Psychologie und Kultur, die den Brüdern eigen ist, erwerben. Dazu sind gemeinsame Zusammenkünfte, besonders zur Behandlung theologischer Fragen, sehr dienlich, bei denen ein jeder mit dem anderen auf der Ebene der Gleichheit spricht („par cum pari agat“), vorausgesetzt, daß die, die unter der Aufsicht ihrer Oberen daran teilnehmen, wirklich sachverständig sind. Aus einem solchen Dialog kann auch klarer zutage treten, was die wirkliche Situation der katholischen Kirche ist. Auf diesem Wege wird auch die Denkweise der getrennten Brüder besser erkannt und ihnen unser Glaube in geeigneter Weise auseinandergesetzt.

10. Die Unterweisung in der heiligen Theologie und in anderen, besonders den historischen Fächern muß auch unter ökumenischem Gesichtspunkt geschehen, damit sie um so genauer der Wahrheit und Wirklichkeit entspricht.

Denn es liegt viel daran, daß die zukünftigen Hirten und Priester über eine Theologie verfügen, die ganz in diesem Sinne und nicht polemisch erarbeitet wurde, besonders bei jenen Gegenständen, die die Beziehungen der getrennten Brüder zur katholischen Kirche betreffen.

Von der Ausbildung der Priester hängt ja die notwendige Unterweisung und geistliche Bildung der Gläubigen und der Ordensleute ganz besonders ab.

Auch die Katholiken, die in denselben Ländern wie andere Christen im Dienst der Mission stehen, müssen gerade heute erkennen, welche Fragen sich

tim cognoscant oportet quaestiones et fructus, quae ex oecumenismo in eorum apostolatu oriuntur.

11. Modus ac ratio fidem catholicam exprimendi nullatenus obstaculum fieri debet dialogo cum fratribus. Integra doctrina lucide exponatur omnino oportet. Nil ab oecumenismo tam alienum est quam ille falsus irenismus, quo puritas doctrinae catholicae detrimentum patitur et eius sensus genuinus et certus obscuratur.

Simul fides catholica et profundius et rectius explicanda est, modo et sermone qui etiam a fratribus seiunctis possit vere comprehendi.

Insuper in dialogo oecumenico theologi catholici, doctrinae Ecclesiae inhaerentes, una cum fratribus seiunctis investigationem peragentes de divinis mysteriis, cum veritatis amore, caritate et humilitate progredi debent. In comparandis doctrinis meminerint existere ordinem seu «hierarchiam» veritatum doctrinae catholicae, cum diversus sit earum nexus cum fundamento fidei christianae. Sic via sternetur qua per fraternam hanc aemulationem omnes incitentur ad profundiorum cognitionem et clariorem manifestationem investigabilium divitiarum Christi<sup>25</sup>.

12. Coram omnibus gentibus Christiani universi fidem in Deum unum et trinum, in Filium Dei incarnatum, Redemptorem et Dominum nostrum profiteantur et communi conatu in mutua aestimatione testimonium reddant spei nostrae, quae non confundit. Cum hodiernis temporibus in re sociali cooperatio latissime instauretur, omnes prorsus homines ad communem operam vocantur, potiore vero ratione ii, qui in Deum credunt, maxime autem omnes Christiani utpote Christi nomine insigniti. Omnium Christianorum cooperatio conjunctionem illam qua iam inter se uniuntur vivo modo exprimit atque Christi Servi vultum in pleniorum lucem ponit. Cooperatio haec, in non paucis nationibus iam instaurata, magis magisque perficiatur oportet, in regionibus praesertim, ubi evolutio socialis vel technica peragitur, sive in dignitate personae humanae recte aestimanda, sive in bono pacis promovendo, sive in sociali Evangelii applicatione proseguenda, sive in scientiis et artibus spiritu chri-

hier ergeben und welche Früchte für ihr Apostolat der Ökumenismus heranreifen läßt.

11. Die Art und Weise der Formulierung des katholischen Glaubens darf keinerlei Hindernis bilden für den Dialog mit den Brüdern. Die gesamte Lehre muß klar vorgelegt werden. Nichts ist dem ökumenischen Geist so fern wie jener falsche Ire-nismus, durch den die Reinheit der katholischen Lehre Schaden leidet und ihr ursprünglicher und sicherer Sinn verdunkelt wird.

Zugleich muß aber der katholische Glaube tiefer und richtiger ausgedrückt werden auf eine Weise und in einer Sprache, die auch von den getrennten Brüdern wirklich verstanden werden kann.

Darüber hinaus müssen beim ökumenischen Dialog die katholischen Theologen, wenn sie in Treue zur Lehre der Kirche in gemeinsamer Forschungsarbeit mit den getrennten Brüdern die göttlichen Geheimnisse zu ergründen suchen, mit Wahrheitsliebe, mit Liebe und Demut vorgehen. Beim Vergleich der Lehren miteinander soll man nicht vergessen, daß es eine Rangordnung oder „Hierarchie“ der Wahrheiten innerhalb der katholischen Lehre gibt, je nach der verschiedenen Art ihres Zusammenhangs mit dem Fundament des christlichen Glaubens. So wird der Weg bereitet werden, auf dem alle in diesem brüderlichen Wettbewerb zur tieferen Erkenntnis und deutlicheren Darstellung der unerforschlichen Reichtümer Christi angeregt werden<sup>25</sup>.

12. Vor der ganzen Welt sollen alle Christen ihren Glauben an den einen, dreifaltigen Gott, an den menschgewordenen Sohn Gottes, unsern Erlöser und Herrn, bekennen und in gemeinsamem Bemühen in gegenseitiger Achtung Zeugnis geben für unsere Hoffnung, die nicht zuschanden wird. Da in heutiger Zeit die Zusammenarbeit im sozialen Bereich sehr weit verbreitet ist, sind alle Menschen ohne Ausnahme zu gemeinsamem Dienst gerufen, erst recht diejenigen, die an Gott glauben, am meisten aber alle Christen, die ja mit dem Namen Christi ausgezeichnet sind. Durch die Zusammenarbeit der Christen kommt die Verbundenheit, in der sie schon untereinander vereinigt sind, lebendig zum Ausdruck, und das Antlitz Christi, des Gottesknechtes, tritt in hellerem Licht zutage. Diese Zusammenarbeit, die bei vielen Völkern schon besteht, muß mehr und mehr vervollkommen werden, besonders in jenen Ländern, wo die soziale und technische Entwicklung erst im Werden ist. Das gilt

<sup>25</sup> Cf. Eph. 3, 8.

<sup>25</sup> Vgl. Eph 3, 8.

stiano provehendis, sive etiam in cuiusvis generis remediis adhibendis contra nostrae aetatis aerumnas, cuiusmodi sunt fames et calamitates, analphabetismus et inopia, penuria habitationum et non aequa bonorum distributio. Hac cooperatione omnes qui in Christum credunt facile addiscere possunt, quomodo alii alios melius cognoscere et pluris aestimare queant atque ad unitatem Christianorum via sternatur.

### CAPUT III

#### De Ecclesiis et de Communitatibus ecclesialibus a Sede Apostolica Romana seiunctis

13. Ad duas praecipuas scissionum categorias inconsutilem tunicam Christi afficientium oculos convertimus.

Primae earum in Oriente evenerunt, sive contestatione dogmaticarum formularum Conciliorum Ephesini et Chalcedonensis, sive, posteriore tempore, per solutionem ecclesiasticae communionis inter Patriarchatus orientales et Sedem Romanam.

Aliae dein, post amplius quattuor saecula, in Occidente ortae sunt ex eventibus qui sub nomine Reformationis communiter veniunt. Exinde a Sede Romana plures Communiones sive nationales sive confessionales seiunctae sunt. Inter eas, in quibus traditiones et structurae catholicae ex parte subsistere pergunt, locum speciale tenet Communio anglicana.

Hae tamen diversae divisiones inter se valde differunt non solum ratione originis, loci et temporis, sed praesertim natura et gravitate quaestionum ad fidem et structuram ecclesiasticam pertinentium.

Quam ob rem, haec Sancta Synodus, nec condiciones diversas diversorum Coetuum christianorum parvipendens, neque superstites, non obstante divisione, nexus inter eos praeteriens, ad prudentem actionem oecumenicam exercendam sequentes considerationes proponere decernit.

sowohl für die Aufgabe, der menschlichen Person zu ihrer wahren Würde zu verhelfen, für die Förderung des Friedens, für die Anwendung des Evangeliums auf die sozialen Fragen, für die Pflege von Wissenschaft und Kunst aus christlichem Geiste, wie auch für die Bereitstellung von Heilmitteln aller Art gegen die Nöte unserer Zeit, wie gegen Hunger und Katastrophen, gegen den Analphabetismus und die Armut, gegen die Wohnungsnot und die ungleiche Verteilung der Güter. Bei dieser Zusammenarbeit können alle, die an Christus glauben, uns schwer lernen, wie sie einander besser kennen und höher achten können und wie der Weg zur Einheit der Christen bereitet wird.

### DRITTES KAPITEL

#### Die vom Römischen Apostolischen Stuhl getrennten Kirchen und Kirchlichen Gemeinschaften

13. Zwei besondere Kategorien von Spaltungen, durch die der nahtlose Leib Christi getroffen wurde, wollen wir nun näher ins Auge fassen.

Die ersten dieser Spaltungen geschahen im Orient, und zwar entweder aufgrund einer dogmatischen Bestreitung von Glaubensformeln der Konzilien von Ephesus und Chalkedon oder, in späterer Zeit, durch die Aufhebung der kirchlichen Gemeinschaft zwischen den Patriarchaten des Orients und dem Römischen Stuhl.

Andere Spaltungen entstanden sodann mehr als vier Jahrhunderte später im Abendland aufgrund von Ereignissen, die man die Reformation nennt. Seither sind mehrere nationale oder konfessionelle Gemeinschaften vom Römischen Stuhl getrennt. Unter denjenigen von ihnen, bei denen katholische Traditionen und Strukturen zum Teil fortbestehen, nimmt die Anglikanische Gemeinschaft einen besonderen Platz ein.

Indessen sind diese einzelnen Trennungen untereinander sehr verschieden, nicht allein bedingt durch ihre Entstehung und durch die Umstände von Ort und Zeit, sondern vor allem nach Art und Bedeutsamkeit der Probleme, die sich auf den Glauben und die kirchliche Struktur beziehen.

Deshalb hat das Heilige Konzil, das weder die andersartige Situation der verschiedenen Gemeinschaften der Christen geringachtet noch die trotz der Spaltung unter ihnen bestehenden Bande übergehen will, beschlossen, folgende Erwägungen zur Verwirklichung einer besonnenen ökumenischen Arbeit vorzulegen.



I. DE ECCLESiarUM ORIENTALIUM PECULIARI  
CONSIDERATIONE

14. Ecclesiae Orientis et Occidentis per non pauca saecula suam propriam viam, fraterna tamen communione fidei et vitae sacramentalis coniunctae, secutae sunt, Sede Romana moderante communi consensu, si dissensiones circa fidem vel disciplinam inter eas orirentur. Sacrosanctae Synodo gratum est, inter cetera gravis momenti, omnibus in mentem revocare plures in Oriente florere particulares seu locales Ecclesias, inter quas primum locum tenent Ecclesiae Patriarchales, et ex quibus non paucae ab ipsis Apostolis ortum habere gloriantur. Proinde apud Orientales praevaluit atque praevalet sollicitudo et cura servandi fraternas illas in fidei caritatisque communione necessitudines, quae inter Ecclesias locales, ut inter sorores, vigere debent.

Praetermittendum pariter non est Ecclesias Orientis ab origine habere thesaurum, ex quo plura in rebus liturgicis in traditione spirituali et in ordine iuridico Ecclesia Occidentis deprompsit. Neque illud parvi faciendum est fundamentalia dogmata christianae fidei de Trinitate et de Verbo Dei, ex Virgine Maria incarnato, in Conciliis Oecumenicis in Oriente celebratis definita esse. Ad hanc fidem servandam illae Ecclesiae multa et passae sunt et patiuntur.

Tradita autem ab Apostolis haereditas diversis formis et modis acceptata est et inde ab ipsis Ecclesiae primordiis hic et illic varie explicata ob diversitatem quoque ingenii et vitae condicionum. Quae omnia, praeter causas externas, propter defectum etiam mutuae comprehensionis et caritatis separationibus ansam praebuerunt.

Quamobrem Sacrosancta Synodus omnes quidem, sed praesertim eos exhortatur qui in instaurationem plenae communionis optatae inter Ecclesias orientales et Ecclesiam catholicam incumbere intendunt, ut debitam considerationem habeant de hac peculiari condicione nascentium crescentiumque Ecclesiarum Orientis et de indole relationum, quae inter eas et Sedem Romanam ante separatio-

I. DIE BESONDERE BETRACHTUNG DER  
ORIENTALISCHEN KIRCHEN

14. Die Kirchen des Orients und des Abendlandes sind Jahrhunderte hindurch je ihren besonderen Weg gegangen, jedoch miteinander verbunden in brüderlicher Gemeinschaft des Glaubens und des sakramentalen Lebens, wobei dem Römischen Stuhl mit allgemeiner Zustimmung eine Führungsrolle zukam, wenn Streitigkeiten über Glaube oder Disziplin unter ihnen entstanden. Mit Freude möchte die Heilige Synode neben anderen sehr bedeutsamen Dingen allen die Tatsache in Erinnerung rufen, daß im Orient viele Teilkirchen oder Ortskirchen bestehen, unter denen die Patriarchalkirchen den ersten Rang einnehmen und von denen nicht wenige sich ihres apostolischen Ursprungs rühmen. Deshalb steht bei den Orientalen bis auf den heutigen Tag der Eifer und die Sorge im Vordergrund, jene brüderlichen Bande der Gemeinschaft im Glauben und in der Liebe zu bewahren, die zwischen Lokalkirchen als Schwesterkirchen bestehen müssen.

Es darf ebenfalls nicht unerwähnt bleiben, daß die Kirchen des Orients von Anfang an einen Schatz besitzen, aus dem die Kirche des Abendlandes in den Dingen der Liturgie, in ihrer geistlichen Tradition und in der rechtlichen Ordnung vielfach geschöpft hat. Auch das darf in seiner Bedeutung nicht unterschätzt werden, daß die Grunddogmen des christlichen Glaubens von der Dreifaltigkeit und von dem Wort Gottes, das aus der Jungfrau Maria Fleisch angenommen hat, auf ökumenischen Konzilien definiert worden sind, die im Orient stattgefunden haben. Jene Kirchen haben für die Bewahrung dieses Glaubens viel gelitten und leiden noch heute.

Das von den Aposteln überkommene Erbe aber ist in verschiedenen Formen und auf verschiedene Weise übernommen, und daher schon von Anfang an in der Kirche hier und dort verschieden ausgelegt worden, wobei auch die Verschiedenheit der Mentalität und der Lebensverhältnisse eine Rolle spielten. Dies alles hat, neben äußeren Gründen, auch infolge des Mangels an Verständnis und Liebe füreinander zu der Trennung Anlaß geboten.

Deshalb ermahnt das Heilige Konzil alle, besonders diejenigen, die sich um die so erwünschte Wiederherstellung der vollen Gemeinschaft zwischen den orientalischen Kirchen und der katholischen Kirche bemühen wollen, daß sie diese besonderen Umstände der Entstehung und des Wachstums der Kirchen des Orients sowie die Art der vor der Trennung zwischen ihnen und dem Römischen Stuhl

nem vigeabant atque rectam de his omnibus existimationem sibi efforment. Haec accurate servata ad dialogum intentum summopere conferent.

15. Omnibus quoque notum est quanto cum amore Christiani orientales liturgica Sacra peragant, praesertim celebrationem eucharisticam, fontem vitae Ecclesiae et pignus futurae gloriae, qua fideles cum episcopo uniti accessum ad Deum Patrem habentes per Filium Verbum incarnatum, passum et glorificatum, in effusione Sancti Spiritus, communionem cum Sanctissima Trinitate consequuntur, «divinae consortes naturae» (2 Petr. 1, 4) effecti. Proinde per celebrationem Eucharistiae Domini in his singulis Ecclesiis, Ecclesia Dei aedificatur et crescit<sup>26</sup>, et per concelebrationem communio earum manifestatur.

In cultu hoc liturgico Mariam semper Virginem, quam Oecumenica Synodus Ephesina sollemniter Deiparam Sanctissimam proclamavit ut vere et proprie Christus Filius Dei et Filius Homnis secundum Scripturas agnosceretur, Orientales pulcherrimis hymnis magnificent et multos quoque Sanctos, inter quos Patres universalis Ecclesiae, collaudant.

Cum autem illae Ecclesiae, quamvis seiunctae, vera sacramenta habeant, praecipue vero, vi successionis apostolicae, Sacerdotium et Eucharistiam, quibus arctissima necessitudine adhuc nobiscum coniunguntur, quaedam communicatio in sacris, datis opportunis circumstantiis et approbante auctoritate ecclesiastica, non solum possibilis est sed etiam suadetur.

In Oriente quoque inveniuntur divitiae illarum traditionum spiritualium, quas praesertim monachismus expressit. Ibi enim inde a gloriosis Sanctorum Patrum temporibus floruit spiritualitas illa monastica, quae dein ad occidentales partes manavit et ex qua religiosum latinorum institutum tamquam e suo fonte originem duxit ac deinceps novum vigorem identidem accepit. Quapropter enixe commendatur ut Catholici frequentius accedant ad has spirituales Patrum Orientalium divitias quae hominem totum ad divina contemplanda evehant.

bestehenden Beziehungen gebührend berücksichtigen und sich über dies alles ein rechtes Urteil bilden. Die genaue Beachtung dieser Frage wird zu dem beabsichtigten Dialog im höchsten Maße beitragen.

15. Es ist allgemein bekannt, mit welcher Liebe die orientalischen Christen die liturgischen Feiern begehen, besonders die Eucharistiefeyer, die Quelle des Lebens der Kirche und das Unterpfand der kommenden Herrlichkeit, bei der die Gläubigen, mit ihrem Bischof geeint, Zutritt zu Gott dem Vater haben durch den Sohn, das fleischgewordene Wort, der gelitten hat und verherrlicht wurde, in der Ausgießung des Heiligen Geistes, und so die Gemeinschaft mit der allerheiligsten Dreifaltigkeit erlangen, indem sie „der göttlichen Natur teilhaftig“ (2 Petr 1, 4) geworden sind. So baut sich auf und wächst<sup>26</sup> durch die Feier der Eucharistie des Herrn in diesen Einzelkirchen die Kirche Gottes, und durch die Konzelebration wird ihre Gemeinschaft offenbar.

Bei diesem liturgischen Kult preisen die Orientalen mit herrlichen Hymnen Maria, die allzeit Jungfräuliche, die das Ökumenische Konzil von Ephesus feierlich als heilige Gottesgebärerin verkündet hat, damit dadurch wahrhaft und eigentlich Christus als Gottes- und Menschensohn gemäß der Schrift anerkannt werde. Ebenso verehren sie viele Heilige, unter ihnen Väter der gesamten Kirche.

Da nun diese Kirchen trotz ihrer Trennung wahre Sakramente besitzen, vor allem aber in der Kraft der apostolischen Sukzession das Priestertum und die Eucharistie, wodurch sie in ganz enger Verwandtschaft bis heute mit uns verbunden sind, so ist eine gewisse Gottesdienstgemeinschaft unter gegebenen geeigneten Umständen mit Billigung der kirchlichen Autorität nicht nur möglich, sondern auch ratsam.

Im Orient finden sich auch die Reichtümer jener geistlichen Traditionen, die besonders im Mönchtum ihre Ausprägung gefunden haben. Denn seit den glorreichen Zeiten der heiligen Väter blühte dort jene monastische Spiritualität, die sich von dorthier auch in den Gegenden des Abendlandes ausbreitete und aus der das Ordenswesen der Lateiner als aus seiner Quelle seinen Ursprung nahm und immer wieder neue Kraft erhielt. Deshalb wird mit Nachdruck empfohlen, daß die Katholiken sich mehr mit diesen geistlichen Reichtümern der orientalischen Väter vertraut machen, die den Menschen

<sup>26</sup> Cf. S. Ioannes Chrysostomus, In Ioannem Homelia XLVI: PG 59, 260—262.

<sup>26</sup> Vgl. Johannes Chrysostomus, In Ioannem Homelia XLVI: PG 59, 260—262.

Ditissimum Orientalium patrimonium liturgicum et spirituale cognoscere, venerari, conservare et fovere omnes sciant maximi esse momenti ad plenitudinem traditionis christianae fideliter custodiendam et ad reconciliationem orientalium et occidentalium Christianorum perficiendam.

16. Praeterea a primis iam temporibus Ecclesiae Orientis disciplinas proprias a Sanctis Patribus atque Synodis, etiam Oecumenicis, sancitas sequebantur. Cum autem unitati Ecclesiae minime obstat, immo decorem eius augeat et ad missionem eius implendam non parum conferat quaedam morum consuetudinumque diversitas, uti supra memoratur, Sacra Synodus, ad omne dubium tollendum, declarat Ecclesias Orientis, memores necessariae unitatis totius Ecclesiae, facultatem habere se secundum proprias disciplinas regendi, utpote indoli suorum fidelium magis congruas atque bono animorum consulendo aptiores. Perfecta huius traditionalis principii observantia, non semper quidem servata, ad ea pertinet quae ad unionem restaurandam tamquam praevia condicio omnino requiruntur.

17. Quae supra de legitima diversitate dicta sunt, eadem placet etiam de diversa theologica doctrinarum enuntiatione declarare. Etenim in veritatis revelatae exploratione methodi gressusque diversi ad divina cognoscenda et confitenda in Oriente et in Occidente adhibiti sunt. Unde mirum non est quosdam aspectus mysterii revelati quandoque magis congrue percipi et in meliorem lucem poni ab uno quam ab altero, ita ut tunc variae illae theologicae formulae non raro potius inter se compleri dicendae sint quam opponi. Ad traditiones theologicas authenticas Orientalium quod attinet, agnoscendum est eas eximio quidem modo in Sacris Scripturis radicatas esse, vita liturgica foveri et exprimi, viva apostolica traditione scriptisque Orientalium Patrum ac spiritualium auctorum nutriri, ad rectam vitae institutionem, immo ad christianam veritatem plene contemplantam tendere.

in seiner Ganzheit zur Betrachtung der göttlichen Dinge emporführen.

Alle sollen um die große Bedeutung wissen, die der Kenntnis, Verehrung, Erhaltung und Pflege des überreichen liturgischen und geistlichen Erbes der Orientalen zukommt, damit die Fülle der christlichen Tradition in Treue gewahrt und die völlige Wiederversöhnung der orientalischen und der abendländischen Christen herbeigeführt werde.

16. Schon von den ältesten Zeiten her hatten die Kirchen des Orients ihre eigenen Kirchenordnungen, die von den heiligen Vätern und Synoden, auch von ökumenischen, sanktioniert worden sind. Da nun eine gewisse Verschiedenheit der Sitten und Gebräuche, wie sie oben erwähnt wurde, nicht im geringsten der Einheit der Kirche entgegensteht, sondern vielmehr ihre Zierde und Schönheit vermehrt und zur Erfüllung ihrer Sendung nicht wenig beiträgt, so erklärt das Heilige Konzil feierlich, um jeden Zweifel auszuschließen, daß die Kirchen des Orients, im Bewußtsein der notwendigen Einheit der ganzen Kirche, die Fähigkeit haben, sich nach ihren eigenen Ordnungen zu regieren, wie sie der Geistesart ihrer Gläubigen am meisten entsprechen und dem Heil der Seelen am besten dienlich sind. Die vollkommene Beobachtung dieses Prinzips, das in der Tradition vorhanden, aber nicht immer beachtet worden ist, gehört zu den Dingen, die zur Wiederherstellung der Einheit als notwendige Vorbedingung durchaus erforderlich sind.

17. Was oben von der legitimen Verschiedenheit gesagt wurde, dasselbe soll nun auch von der verschiedenen Art der theologischen Lehrverkündigung gesagt werden. Denn auch bei der Erklärung der Offenbarungswahrheit sind im Orient und im Abendland verschiedene Methoden und Arten des Vorgehens zur Erkenntnis und zum Bekenntnis der göttlichen Dinge angewendet worden. Daher darf es nicht wundernehmen, daß von der einen und von der anderen Seite bestimmte Aspekte des offenbarten Mysteriums manchmal besser verstanden und deutlicher ins Licht gestellt wurden, und zwar so, daß man bei jenen verschiedenartigen theologischen Formeln oft mehr von einer gegenseitigen Ergänzung als von einer Gegensätzlichkeit sprechen muß. Gerade gegenüber den authentischen theologischen Traditionen der Orientalen muß anerkannt werden, daß sie in ganz besonderer Weise in der heiligen Schrift verwurzelt sind, daß sie durch das liturgische Leben gefördert und zur Darstellung gebracht werden, daß sie genährt sind von der lebendigen apostolischen Tradition und von

Haec Sancta Synodus, gratias agens Deo quod multi orientales Ecclesiae catholicae filii, qui hoc patrimonium custodiunt et illud purius pleniusque vivere cupiunt, iam cum fratribus traditionem occidentalem colentibus in plena communione vivunt, declarat, totum hoc patrimonium spirituale ac liturgicum, disciplinare ac theologicum in diversis suis traditionibus ad plenam catholicitatem et apostolicitatem Ecclesiae pertinere.

18. His omnibus bene perspectis, haec Sacrosancta Synodus renovat id quod a Sacris praeteritis Conciliis nec non a Romanis Pontificibus declaratum est, nempe ad communionem et unitatem restaurandam vel servandam opus esse «nihil ultra imponere oneris quam necessaria» (Act. 15, 28). Vehementer etiam exoptat ut ad eam paulatim consequendam omnes conatus exinde intendant in variis institutis et formis vitae Ecclesiae, praesertim oratione et fraterno dialogo circa doctrinam et muneris pastoralis urgentiores aetatis nostrae necessitates. Eodem modo pastoribus et fidelibus Ecclesiae catholicae commendat necessitudines cum eis qui non iam in Oriente, sed procul a patria vitam degunt, ut fraterna collaboratio cum eis in spiritu caritatis et secluso omni spiritu contentiosae emulationis crescat. Quod si hoc opus toto animo promoveatur, Sacrosancta Synodus sperat fore, ut sublato pariete occidentalem orientalemque Ecclesiam dividente, unica tandem fiat mansio angulari firmata lapide, Christo Iesu, qui faciet utraque unum<sup>27</sup>.

## II. DE ECCLESIIS ET COMMUNITATIBUS ECCLESIALIBUS IN OCCIDENTE SEIUNCTIS

19. Ecclesiae et Communitates ecclesiales, quae vel in gravissimo illo rerum discrimine, quod in Occidente iam ab exeunte medio aevo initium sumpsit, vel posterioribus temporibus ab Apostolica Sede

den Schriften der Väter und geistlichen Schriftsteller des Orients und daß sie zur rechten Gestaltung des Lebens, überhaupt zur vollständigen Betrachtung der christlichen Wahrheit hinführen.

Dieses Heilige Konzil erklärt, daß dies ganze geistliche und liturgische, disziplinäre und theologische Erbe mit seinen verschiedenen Traditionen zur vollen Katholizität und Apostolizität der Kirche gehört; und sie sagt Gott dafür Dank, daß viele orientalische Söhne der katholischen Kirche, die dies Erbe bewahren und den Wunsch haben, es reiner und vollständiger zu leben, schon jetzt mit den Brüdern, die die abendländische Tradition pflegen, in voller Gemeinschaft leben.

18. Im Hinblick auf all dies erneuert das Heilige Konzil feierlich, was in der Vergangenheit von Heiligen Konzilien und von römischen Päpsten erklärt wurde, daß es nämlich zur Wiederherstellung oder Erhaltung der Gemeinschaft und Einheit notwendig sei, „keine Lasten aufzuerlegen, die über das Notwendige hinausgehen“ (Apg 15, 28). Es spricht den dringenden Wunsch aus, daß von nun an alle ihr Bestreben darauf richten, diese Einheit allmählich zu erlangen in den verschiedenen Einrichtungen und Lebensformen der Kirche, besonders durch das Gebet und den brüderlichen Dialog über die Lehre und über die drängenden Notwendigkeiten der Seelsorgsaufgaben in unserer Zeit. In gleicher Weise empfiehlt das Heilige Konzil den Hirten und den Gläubigen der katholischen Kirche eine enge Verbundenheit mit denen, die nicht mehr im Orient, sondern fern von ihrer Heimat leben, damit die brüderliche Zusammenarbeit mit ihnen im Geist der Liebe und unter Ausschluß jeglichen Geistesstreitsüchtiger Eifersucht wachse. Wenn dieses Werk mit ganzer Seele in Angriff genommen wird, so hofft das Heilige Konzil, daß die Wand, die die abendländische und die orientalische Kirche trennt, einmal hinweggenommen werde und schließlich nur eine einzige Wohnung sei, deren fester Eckstein Jesus Christus ist, der aus beidem eines machen wird<sup>27</sup>.

## II. DIE GETRENNTEN KIRCHEN UND KIRCHLICHEN GEMEINSCHAFTEN IM ABENDLAND

19. Die Kirchen und Kirchlichen Gemeinschaften, die in der schweren Krise, die im Abendland schon vom Ende des Mittelalters ihren Ausgang genommen hat, oder auch in späterer Zeit vom Römischen

<sup>27</sup> Cf. Conc. Florentinum, Sess. VI (1439), Definitio Laetentur caeli: Mansi 31, 1026 E.

<sup>27</sup> Vgl. Konzil v. Florenz, Sessio VI (1439), Definitio Laetentur caeli: Mansi 31, 1026 E.

Romana separatae sunt, cum Ecclesia catholica peculiari affinitate ac necessitudine iunguntur ob diurnam populi christiani vitam praeteritis saeculis in ecclesiastica communione peractam.

Cum hae vero Ecclesiae et Communitates ecclesiales propter diversitatem originis, doctrinae et vitae spiritualis non tantum a nobis, sed etiam inter se non parum differant, eas aequè describere opus perdifficile est, quod hic aggredi non intendimus.

Quamvis motus oecumenicus et desiderium pacis cum Ecclesia catholica nondum ubique invaluerint, spes nobis est fore ut in omnibus sensus oecumenicus et mutua aestimatio paulatim crescant.

Attamen agnoscendum est inter has Ecclesias et Communitates atque Ecclesiam catholicam magni ponderis discrepantias adesse, non tantum indolis historicae, sociologicae, psychologicae, culturalis, sed imprimis interpretationis revelatae veritatis. Quo autem facilius, non obstantibus illis differentiis, dialogus oecumenicus instaurari possit, in sequentibus quaedam efferre volumus quae fundamentum huius dialogi atque incitamentum esse possunt ac debent.

20. Mens nostra eos imprimis Christianos respicit, qui Iesum Christum ut Deum ac Dominum et unicum mediatorem inter Deum et homines palam confitentur ad unius gloriam Dei, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Non leves scimus quidem existere discrepantias a doctrina catholicae Ecclesiae etiam de Christo Verbo Dei incarnato et de opere redemptionis, proinde de mysterio ministerioque Ecclesiae et munere Mariae in opere salutis. Laetamur tamen videntes fratres seiunctos in Christum tamquam fontem et centrum communionis ecclesiasticae intendere. Desiderio tacti unionis cum Christo compelluntur ad unitatem magis magisque quaerendam atque etiam ad testimonium fidei suae ubique apud gentes reddendum.

21. Sacrarum Scripturarum amor et veneratio ac prope cultus fratres nostros ad constans et sollers Sacrae Paginae studium adducunt: Evangelium «vir-

Apostolischen Stuhl getrennt wurden, sind mit der katholischen Kirche durch das Band besonderer Verwandtschaft verbunden, da ja das christliche Volk in den Jahrhunderten der Vergangenheit so lange Zeit sein Leben in kirchlicher Gemeinschaft geführt hat.

Da jedoch diese Kirchen und Kirchlichen Gemeinschaften wegen ihrer Verschiedenheit, nach Ursprung, Lehre und geistlichem Leben nicht nur uns gegenüber, sondern auch untereinander nicht wenige Unterschiede aufweisen, so wäre es eine überaus schwierige Aufgabe, sie recht zu beschreiben, was wir hier zu unternehmen nicht beabsichtigen.

Obgleich die ökumenische Bewegung und der Wunsch nach Frieden mit der katholischen Kirche sich noch nicht überall durchgesetzt hat, so hegen wir doch die Hoffnung, daß bei allen ökumenischer Sinn und gegenseitige Achtung allmählich wachse.

Dabei muß jedoch anerkannt werden, daß es zwischen diesen Kirchen und Gemeinschaften und der katholischen Kirche Unterschiede von großem Gewicht gibt, nicht nur in historischer, soziologischer, psychologischer und kultureller Beziehung, sondern vor allem in der Interpretation der offenbarten Wahrheit. Damit jedoch trotz dieser Unterschiede der ökumenische Dialog erleichtert werde, wollen wir im folgenden einige Gesichtspunkte hervorheben, die das Fundament und ein Anstoß zu diesem Dialog sein können und sollen.

20. Unser Geist wendet sich zuerst den Christen zu, die Jesus Christus als Gott und Herrn und einzigen Mittler zwischen Gott und den Menschen offen bekennen zur Ehre des einen Gottes, des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes. Wir wissen zwar, daß nicht geringe Unterschiede gegenüber der Lehre der katholischen Kirche bestehen, insbesondere über Christus als das fleischgewordene Wort Gottes und über das Werk der Erlösung, sodann über das Geheimnis und den Dienst der Kirche und über die Aufgabe Mariens im Heilswerk. Dennoch freuen wir uns, wenn wir sehen, wie die getrennten Brüder zu Christus als Quelle und Mittelpunkt der kirchlichen Gemeinschaft streben. Aus dem Wunsch zur Vereinigung mit Christus werden sie notwendig dazu geführt, die Einheit mehr und mehr zu suchen und für ihren Glauben überall vor allen Völkern Zeugnis zu geben.

21. Die Liebe und Hochschätzung, ja fast kultische Verehrung der Heiligen Schrift führen unsere Brüder zu einem unablässigen und beharrlichen

tus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudaeo primum, et Graeco» (Rom. 1, 16).

Spiritum Sanctum invocantes, in ipsis Sacris Scripturis Deum inquirunt quasi sibi loquentem in Christo, a Prophetis praenuntiato, Verbo Dei pro nobis incarnato. In iis vitam Christi contemplantur et ea quae divinus Magister ad salutem hominum docuit et peregit, mysteria praesertim mortis eius et resurrectionis.

Ad cum Christiani a nobis seiuncti auctoritatem divinam Sacrorum Librorum affirmant, aliter ac nos — diversi quidem diverse — sentiunt de habitudine Scripturas inter et Ecclesiam, in qua secundum fidem catholicam magisterium authenticum peculiarem obtinet locum in Verbo Dei scripto exponendo et praedicando.

Nihilominus Sacra Eloquia in ipso dialogo eximia sunt instrumenta in potenti manu Dei ad illam unitatem adipiscendam, quam Salvator omnibus hominibus exhibet.

22. Baptismi Sacramento, quandocumque iuxta Domini institutionem rite confertur ac debita animi dispositione accipitur, homo vere Christo crucifixo et glorificato incorporatur atque ad vitae divinae consortium regeneratur iuxta illud Apostoli: «consepulti ei in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei qui suscitavit illum a mortuis» (Col. 2, 12)<sup>28</sup>.

Baptismus igitur vinculum unitatis sacramentale constituit vicens inter omnes qui per illum regenerati sunt. Attamen baptismus per se dumtaxat initium et exordium est, quippe qui totus in acquiram tendit plenitudinem vitae in Christo. Itaque baptismus ordinatur ad integram fidei professionem, ad integram incorporationem in salutis institutum, prout ipse Christus illud voluit, ad integram denique in communionem eucharisticam insertionem.

Communitates ecclesiales a nobis seiunctae, quamvis deficiat earum plena nobiscum unitas ex baptismo profluens, et quamvis credamus illas, praesertim propter sacramenti Ordinis defectum, genui-

Studium dieses heiligen Buches: Das Evangelium ist ja „eine Kraft Gottes zum Heile für jeden, der glaubt, für den Juden zuerst, aber auch für den Griechen“ (Röm 1, 16).

Unter Anrufung des Heiligen Geistes suchen sie in der Heiligen Schrift Gott, wie er zu ihnen spricht in Christus, der von den Propheten vorherverkündigt wurde und der das für uns fleischgewordene Wort Gottes ist. In der Heiligen Schrift betrachten sie das Leben Christi und was der göttliche Meister zum Heil der Menschen gelehrt und getan hat, insbesondere die Geheimnisse seines Todes und seiner Auferstehung.

Während die von uns getrennten Christen die göttliche Autorität der Heiligen Schrift bejahen, haben sie jedoch, jeder wieder auf andere Art, eine von uns verschiedene Auffassung von dem Verhältnis zwischen der Schrift und der Kirche, wobei nach dem katholischen Glauben das authentische Lehramt bei der Erklärung und Verkündigung des geschriebenen Wortes Gottes einen besonderen Platz einnimmt.

Nichtsdestoweniger ist die Heilige Schrift gerade beim Dialog ein ausgezeichnetes Werkzeug in der mächtigen Hand Gottes, um jene Einheit zu erreichen, die der Erlöser allen Menschen anbietet.

22. Der Mensch wird durch das Sakrament der Taufe, wenn es gemäß der Einsetzung des Herrn recht gespendet und in der gebührenden Geistesverfassung empfangen wird, in Wahrheit dem gekreuzigten und verherrlichten Christus eingegliedert und wiedergeboren zur Teilhabe am göttlichen Leben nach jenem Wort des Apostels: „Ihr seid in der Taufe mit ihm begraben, in ihm auch auferstanden durch den Glauben an das Wirken Gottes, der ihn von den Toten auferweckt hat“ (Kol 2, 12)<sup>28</sup>.

Die Taufe begründet also ein sakramentales Band der Einheit zwischen allen, die durch sie wiedergeboren sind. Dennoch ist die Taufe nur ein Anfang und Ausgangspunkt, da sie ihrem ganzen Wesen nach hinzielt auf die Erlangung der Fülle des Lebens in Christus. Daher ist die Taufe hingeordnet auf das vollständige Bekenntnis des Glaubens, auf die völlige Eingliederung in die Heilsveranstaltung, wie Christus sie gewollt hat, schließlich auf die vollständige Einfügung in die eucharistische Gemeinschaft.

Ogleich bei den von uns getrennten kirchlichen Gemeinschaften die aus der Taufe hervorgehende volle Einheit mit uns fehlt und obgleich sie nach unserem Glauben vor allem wegen des Fehlens des

<sup>28</sup> Cf. Rom. 6, 4.

<sup>28</sup> Vgl. Röm 6, 4.

nam atque integram substantiam Mysterii eucharistici non servasse, tamen, dum in Sancta Coena mortis et resurrectionis Domini memoriam faciunt, vitam in Christi communionem significari profitentur atque gloriosum eius adventum expectant. Quapropter doctrina circa Coenam Domini, cetera sacramenta et cultum ac Ecclesiae ministeria obiectum dialogi constituat oportet.

23. Christiana horum fratrum conversatio fide in Christum alitur, baptismatis gratia et Verbo Dei audito fovetur. Manifestatur quidem in oratione privata, in meditatione biblica, in familiae christianae vita, in cultu communitatis ad laudem Dei congregatae. Ceteroquin cultus eorum nonnumquam elementa conspicua communis antiquae liturgiae prae se fert.

Fides qua Christo creditur fructus edit in laude et gratiarum actione pro beneficiis divinitus acceptis; accedit vivus iustitiae sensus et sincera caritas in proximum. Haec autem operosa fides haud pauca etiam instituta ad miseriam spiritualem et corporalem sublevandam, ad iuventutis educationem excolendam, ad sociales vitae condiciones humaniores reddendas, ad pacem universim constabiliendam protulit.

Quod si inter Christianos multi non semper eadem ratione atque Catholici Evangelium in re morali intelligunt neque easdem solutiones difficultatum hodiernae societatis quaestionum admittunt, nihilominus ut nos volunt verbo Christi ut fonti christianae virtutis haerere et apostolico oboedire praecepto: «Omne, quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per Ipsum» (Col. 3, 17). Hinc dialogus oecumenicus de morali Evangelii applicatione initium sumere potest.

24. Sic post breviter expositas condiciones, quibus exerceri contingit actio oecumenica, et principia quibus moderanda est, fidenter oculos ad futura convertimus. Haec Sacrosancta Synodus hortatur fideles, ut a quavis levitate vel imprudenti zelo se absterneant, quae vero progressui unitatis nocere possint. Eorum enim oecumenica actio non potest esse nisi plene sincereque catholica, fidelis nempe veri-

Weihesakramentes die ursprüngliche und vollständige Wirklichkeit (substantia) des eucharistischen Mysteriums nicht bewahrt haben, bekennen sie doch bei der Gedächtnisfeier des Todes und der Auferstehung des Herrn im Heiligen Abendmahl, daß hier die lebendige Gemeinschaft mit Christus bezeichnet werde, und sie erwarten seine glorreiche Wiederkunft. Deshalb sind die Lehre vom Abendmahl des Herrn, von den übrigen Sakramenten, von der Liturgie und von den Dienstämtern der Kirche notwendig Gegenstand des Dialogs.

23. Das christliche Leben dieser Brüder wird genährt durch den Glauben an Christus, gefördert durch die Gnade der Taufe und das Hören des Wortes Gottes. Dies zeigt sich im privaten Gebet, in der biblischen Betrachtung, im christlichen Familienleben und im Gottesdienst der zum Lob Gottes versammelten Gemeinde. Übrigens enthält ihr Gottesdienst nicht selten deutlich hervortretende Elemente der alten gemeinsamen Liturgie.

Der Christusglaube zeitigt seine Früchte in Lobpreis und Danksagung für die von Gott empfangenen Wohltaten; hinzu kommt ein lebendiges Gerechtigkeitsgefühl und eine aufrichtige Nächstenliebe. Dieser werktätige Glaube hat auch viele Einrichtungen zur Behebung der geistlichen und leiblichen Not, zur Förderung der Jugenderziehung, zur Schaffung menschenwürdiger Verhältnisse im sozialen Leben und zur allgemeinen Festigung des Friedens hervorgebracht.

Wenn auch viele Christen das Evangelium auf dem Gebiet der Moral weder stets in der gleichen Weise auslegen wie die Katholiken noch in den sehr schwierigen Fragen der heutigen Gesellschaft zu denselben Lösungen wie sie gelangen, so wollen sie doch ebenso wie wir an dem Worte Christi als der Quelle christlicher Tugend festhalten und dem Gebot des Apostels folgen, der da sagt: „Alles, was immer ihr tut in Wort oder Werk, tut alles im Namen unseres Herrn Jesus Christus, und danket durch ihn Gott dem Vater“ (Kol 3, 17). Von da her kann der ökumenische Dialog über die Anwendung des Evangeliums auf dem Bereich der Sittlichkeit seinen Ausgang nehmen.

24. Nach dieser kurzen Darlegung der Bedingungen für die praktische Durchführung der ökumenischen Arbeit und der Prinzipien, nach denen sie auszurichten ist, richten wir unsern Blick vertrauensvoll auf die Zukunft. Das Heilige Konzil mahnt die Gläubigen, jede Leichtfertigkeit wie auch jeden unklugen Eifer zu meiden, die dem wahren Fortschritt der Einheit nur schaden können. Ihre öku-

tati, quam ab Apostolis et Patribus accepimus, et consentanea fidei, quam Ecclesia catholica semper professa est, ac simul in eam plenitudinem tendens, qua Dominus decursu temporum Corpus Suum vult augeatur.

Haec Sacrosancta Synodus instanter exoptat ut filiorum Ecclesiae catholicae incepta cum inceptis fratrum seiunctorum coniuncta progrediantur, quin Providentiae viis ullum ponatur obstaculum et quin futuris Spiritus Sancti impulsione praeiudicetur. Insuper se consciam esse declarat hoc sanctum propositum reconciliandi Christianos omnes in unitate unius uniceque Ecclesiae Christi humanas vires et dotes excedere. Quapropter spem suam in oratione Christi pro Ecclesia, in amore Patris erga nos, in virtute Spiritus Sancti penitus ponit. «Spes autem non confundit: quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis» (Rom. 5, 5).

Haec omnia et singula quae in hoc Decreto edicta sunt, placuerunt Patribus. Et Nos, Apostolica a Christo Nobis tradita potestate, illa, una cum Venerabilibus Patribus, in Spiritu Sancto approbamus, decernimus ac statuimus et quae ita synodaliter statuta sunt ad Dei gloriam promulgari iubemus.

Romae, apud S. Petrum, die XXI mensis Novembris anno MCMLXIV.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus

Sequuntur Patrum subsignationes.

menische Betätigung muß ganz und echt katholisch sein, das heißt in Treue zur Wahrheit, die wir von den Aposteln und den Vätern empfangen haben, und in Übereinstimmung mit dem Glauben, den die katholische Kirche immer bekannt hat, zugleich aber auch im Streben nach jener Fülle, die sein Leib nach dem Willen des Herrn im Ablauf der Zeit gewinnen soll.

Das Heilige Konzil wünscht dringend, daß alles, was die Söhne der katholischen Kirche ins Werk setzen, in Verbindung mit den Unternehmungen der getrennten Brüder fortschreitet, ohne den Wegen der Vorsehung irgendein Hindernis in den Weg zu legen und ohne den künftigen Anregungen des Heiligen Geistes vorzugreifen. Darüber hinaus erklärt es seine Überzeugung, daß dieses heilige Anliegen der Wiederversöhnung aller Christen in der Einheit der einen und einzigen Kirche Christi die menschlichen Kräfte und Fähigkeiten übersteigt. Darum setzt es seine Hoffnung gänzlich auf das Gebet Christi für die Kirche, auf die Liebe des Vaters zu uns und auf die Kraft des Heiligen Geistes. „Die Hoffnung aber wird nicht zuschanden: Denn die Liebe Gottes ist ausgegossen in unseren Herzen durch den Heiligen Geist, der uns geschenkt ist“ ((Röm 5, 5).

Was in diesem Dekret im gesamten und im einzelnen ausgesprochen ist, hat die Zustimmung der Väter gefunden. Und Wir, kraft der von Christus Uns übertragenen Apostolischen Vollmacht, billigen, beschließen und verordnen es zusammen mit den Ehrwürdigen Vätern im Heiligen Geiste und gebieten zur Ehre Gottes die Veröffentlichung dessen, was so durch das Konzil verordnet ist.

Rom, bei St. Peter, am 21. November 1964.

Ich PAULUS Bischof der katholischen Kirche

Es folgen die Unterschriften der Väter.

### Erzbischöfliches Ordinariat

Herausgegeben von dem Erzbischöflichen Ordinariat, Freiburg i. Br., Herrenstraße 35 / Fernruf 3 12 70

Druck und Versand: Buchdruckerei Rebholz, Freiburg i. Br., Tennenbacher Straße 9

Bezugspreis vierteljährlich 5.— DM einschließlich Postzustellgebühr

474  
Kath. Pfarramt  
Wolfsbrunnengasse  
7302